a. 2. Memini ego istuc, id est, scio. Idem Curn. sc. 1. a. 3. distinguit  
Meminit & scio. Ouid. 9. Metam.

Dum loquor, horror habet, parsque est meminisse doloris.

Requirit gemituum, vel accusatiuum. Terent. in Eunuch. Faciam vt  
huius loci dieque, meique semper memineris. Idem & totidem ver-  
bis Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Faciam vt huius diei locquo meique sem-  
per memineris. Item,

At sine me fati non meminisse mei,

Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.

— Cogor meminisse dolorem Temporis illius,

Idem. 13. Metam. Virg. 9. Eclog.

— numeros memini, si verba tenerem.

Ouid. Epist. 2. 1.

— meminerunt omnia amantes.

Cic. de senect. Omnia quæ curant, senes meminerunt. Hic rem non  
meminit suam, Plaut. Men. sc. 2. a. 4. potes hoc meminisse. Ouid. Eleg. 4.  
lib. 4. Monet quod memet meminit. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4. Si potes istuc  
memoriter meminisse, idem Capt. sc. 1. a. 2. Præcepta facito vt memi-  
neris, idem Men. sc. 4. a. 2. Memento. L. memini. ( aut minantis, aut  
intestantis.) Idem Asin. sc. 4. a. 2. Sed quum significat, mentionem fa-  
cio, recusat accusatiū, postulatque ablative cum præpositione DE,  
vel genitivum. Quintilian. lib. 11. c. 2. De quibus multi meminerunt.  
Ibid. Neque onus huius rei meminit Poëta ipse. Plaut. Asin. sc. 2.  
a. 5. De palla memento amabo. In priore significatione iungitur tam  
cum præterito infinitiu, quæcum præsenti. Virg. 9. Eclog.

Namque sub Oealia memini me turribus altis

Coricum vidisse senem:

Facito vt meminetis conuenisse me quid dotis afferet. Plaut. Aul. sc.  
4. a. 1. Memento promissis c. Meminero. Idem Curn. sc. 1. a. 4. Oro te  
meminisse vt memineris. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Virg.

Cantando puerum memini me condere Soles.

Cic. Appio. Ad me adire quosdam memini. Idem Patyrio lib. 4. Nec ta-  
men eas cœnas quætro, vt magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificum sit & laudum. Memini te mihi Phameæ cœnæ narrare: tempe-  
rius fiat, cætera eodem modo Memini fieri Plaut. Men. sc. 1. a. 1. Memi-  
nist me dicere tibi. Idē Pseud. sc. 6. a. 4. Meministi Attiensem vendere  
asinos Idē men. sc. 2. a. 2. Cic. Attic. lib. 1. De comitiis meis, & tibi me  
permisisse memini. Idem pro Rose. Amer. Meministi me ita distibuisse  
initio causam. Huius compositū est. Commemini, de quo suo loco.

Mémor, huius memoris, omnis gen. secundum Priscianum, à verbo me-  
mini qui rei alicuius recordatur. { זְכַר לְזִיכָר זְכַר פְּנִימָה, GAL. Memoratif, qui a memoire, & se souvient. ITAL. Ricordenole,  
memore, GERM. Eingedenk, HISP. El que se recuerda. ANGL. Mynd-

full. } Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 1. Aduerte ergo animum & facis promis-  
si memor. Idem Capt. Nunquid vis p. venias temporis. A. memoræ  
mones. Virg. 4. Æneid.

Et bene apud memores veteris stat gratia facta.

Idem 6. Æneid.

Quique sui memores alios fecere merendo.

Horat. 2. Serm. 1. virg. 6.

Vtue memor quæsis sis cui breuis.

Cum memor accitos semper dolor admonet annos.

Tibull.

Et iussi sonos memores esse mei.

Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Inde alios aliosque memor componere versus,

Tibull. lib. 4.

Gaud. méque tui memorem, tæque fuisse pium,

Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Trist.

Sitque memor nostri necne, referre mihi.

Idem Eleg. 3. lib. 4. Et memor sum & diligens, vt quæ imperes compa-  
reant. Plaut. Amphit. Memorem inunmemorem facit, qui monet quod  
memor meminit. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Item,

Este mei memores,

Ouid. lib. 13. Metam. ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, si-  
gnificat rem cuius nos memores sumus. Virg. 1. Æneid.

— saua memorem Iunonis ob iram.

Horat. lib. 1. Carm.

— Sine puer furens

Impressit memorem dente labris notam.

hoc est, tam vehementer, vt non facile excidat memoria. Ouidius

Epist. 19.

Et vocem memori condidit auro tuam.

Idem 4. de ponte Eleg. 2.

Carmina sola tibi memorem testantia curam,

Non data sunt: quid enim, quæ facis ipse, darem?

Huius contrarium est Iammemor, de quo suo loco.

Mémō: 12, x, ( vt inquit auctor ad Herennium li. 1.) Est firma animi re-  
rum & verborum dispositionis perceptio, item recordatio, ætas, anti-  
quitas. { זְכַר זֵיכָר זְיכָר חֲדָרָן. GAL. Memoire. ITAL. Me-  
moria, rimembranza. GERM. Gedächtnis. HISP. La potencia de se re-  
cordar, memoria. ANGL. Memorie, remembrance. } Cic. 2. Inuent. Me-  
moria est, per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Idem de clar.  
Orat. Quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimis-  
que curis iucunda sanè fuit. Idem ad Plancum lib. 10. Epist. Nihil post  
hominum memoriam glorioius, nihil gratius, ne tempore quidē ipso  
opportuniis accidere vidi. Terent. in Andr. In memoria habeo, אֶת זְמַנֵּי וְבַיִתְמַנְתֵּן. Vbi Donatus, Plus est, quam si dixisset, Scio. Nam quæ scimus,  
possimus obliuisci: quæ vero memoria commendamus, nunquam  
amittimus. ¶ Aliquando pro antiquitate ponitur, Pacnuius, Pé-  
que nostram egregiam humanitatem, quam memoria sumuit. Me-  
moria consulendum quæ magnis viis æternitatem promittit. Se-  
nec. Memoria ( tua ) est optima Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. Huius me-  
moriae scriptor est Herodotus. ( i. rei memorandæ. ) Gell. c. 9. lib.  
5. Memoria datum, pro mandatum. Idem. c. 1. lib. 7. Homo in  
nostra memoria doctissimus. Idem c. 2. lib. 1. & c. 6. lib. 18. In nulla me-  
moria, cap. 10. lib. 16. In veteri memoria. Idem c. 4. lib. 15. Ad litteras  
memoriæsq; veteres se dediderat. Item in memoriis veteribus scriptum  
est. Idem c. 6. lib. 4. & c. 12. lib. 20. & 24. lib. 10. c. 5. &. Idem c. 2. lib. 14.  
A maioribus memoria sic accepi. Idem c. 2. lib. 14. Dabimus te in om-  
nem memoriam clarissimum caput. Senec. c. 14. de trans. vit. In memo-  
riam redeo. Item in memoriam regredior aud. s. me. Plaut. Capt. sc. 4.  
a. 5. Sacra patris eius memoria. Quintil. Vsus & Memoria filia sapi-  
entia. Gell. c. 8 lib. 13. Memoria non est, pro non memini. Idem c. 11.  
lib. 12. Et quantum nobis memoria est. c. 16. lib. 7. Memorias de Com-  
mentariis & scriptis. Idem c. vlt. lib. 20. & c. 18. lib. 11. Memoriæ &  
reliquias suas commendare. ( de mox morituo. ) Suet. in Othon. c. 10.  
Idem in Claud. c. 11. Excidentes in memoriam reponuntur vnius admo-  
nitione verbi Quintil. Quid sit memoria docet Diomed. lib. 1. Nomi-  
nis huius in oratione varius est vsus. Dicimus enim, Insidere in me-  
moria, Memoria affigere, Memoria mandare, dare. Idem Gellius c. 1.  
lib. 7. Cui opponitur memoria eximere. Suet. in Claud. c. 11. Memo-  
ria custodire, Memoria alicuius rei sibi proponere, In memoria esse  
alicui, memoriam alicuius usurpare, Memoria alicuius dare operam,  
Memoria tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memo-  
riæ alicuius tenere, Memoria meminisse, Memoria prodere, Memoria ali-  
cuius rei prodere posteris, Memoria tradere: Memoria est, pro eo quod  
est, Memini: Memoria cadit, vel intercidit, Memoria fallit, Memoria  
repetere, In memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in  
memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omni  
memoria, vel in omni memoria pro in omni tempore: Superiori me-  
moria, pro superiori tempore: Vlque ad hanc memoriam, id est, vlsque  
ad hoc tempus: Ut mea memoria est, id est, quantum possum meminisse,  
aut reminisci. Memoria mea factum non est illud, id est, quantum  
meminisse possum. Quarum loquutionum testimonia passim bonos  
actores legenti occurserunt.

Mémoriolā, diminut. Cic. ad Attic. lib. 12. Sed quod scribis igniculum  
matutinum γερούλιον, est memoriola vacillare.

Memorialis, adiect. vt, Memorialis liber, id est, enchyridion ad iuu-  
dicii memoriam. Suet. in Casare. c. 56. Epistolæ quoque extant ad  
Senatum, quas videtur primū ad paginas, & formam memorialis  
libri convertisse. Citat Masurius Sabinum memorialium lib: se-  
cundo. Gell. 1. c. 6.

Memoriale, μημερίων. Onon.

Memoriales adiutores, in iure ciuili dicuntur quæstores ex diuersis scri-  
ptis assumpti, qui leges & rescripta prescribent, aut prescribi-  
curabant. ¶ Memoriales item, seu commonitoriae, litteræ quibus  
instruebantur Legati de singulis ad quæ mittebantur, agenda. Scri-  
bon. ¶ Memoriales etiam, qui militum gesta notabant, vt pro me-  
ritis præmia acciperent. Pancrat. ¶ Item Irenio præfeci. ¶ Item, qui  
suarum

Suarum scripturarum memoriam conseruabant.  
Mēmōr̄iter, & memoriosē aduerbi imperiti dicunt, Mente tenuis, de memoria, ex memoria. ἡ μνήμη. GALL. Par memoire, par cœur. ITAL. Ricordando, & hauendo à mense. GERM. Rüstscheidig. HISP. De memoria. ANGL. By hart, redelie, with good, remembrance. 3 Cic. de Amicit. Qu. Matus Augur Scœuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Quæ illuc res sunt gestæ memorat memoriter. Plaut. Amph. Si potes istius memoriter meminisse. Idem Capt. sc. 2. a. 2. & Asin. sc. 2. a. 3. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoscere, Memoriter memorare, enumerare, prouintiare, complecti rem, recitare, respondere, Memoriter colligere. Memoriter meminisse, Memoriter narrare, Memoriter respondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Mēmōrācūlūm, μνημόσυνα. Apuleius in *Apologia*, Me sanctissimè tot sa-  
cerorum signa, & memoracula custodire.  
Mēmōriabili, le, qui est dignus memoria, laudabilis, præclarus, excelle-  
lens. 3 τὸν μνήματον, ἀγέλημα, ἀγέληδη. GALL. Memorable, digne  
de memoire. ITAL. Memorabile. GERM. Gedächtnis. HISP. Cosa di-  
gna de memoria. ANGL. Virtue of memorie or remembrance. 3 Colum.  
in prefat. lib. 1. Quum tot alios Romani generis intuear memorables  
duces. Cic. de Amic. Quum accepissemus à patribus maximè memo-  
rabilem C. Lælij, & Pub. Scipionis familiaritatem fuisse. Ter. in Heaut.  
Heus tu, non sit sine periculo facinus magnum & memorabile. Virg.  
4. Aeneid.

— magnum & memorabile numen.

Idem. 2. Aeneid.

— namque & si nullum memorabile nomen

Fæmina in pena est.

Cic. 3. de finibus, Si enim sapiens aliquis miser esse possit, ne ego istam  
gloriosam memorabilemque virtutem non magno aestimandam pu-  
tem. Memorabilis dulcedine carminum, Hesiodus. Erit mihi factum  
mortuo memorabile, Plaut. Cura. sc. 5. a. 3. Nec istuc bellum, nec me-  
morabile, ibid. sc. 1. a. 1.

Mēmōr̄as Ad memoriam reduco : item simpliciter natrō. 3 μνημοσύνων.  
GALL. Penser & rememorer, reduire en memoire. ITAL. Commemorare,  
ricordare. GERM. Ihr gedächtnis bringen, widerholen. Item Erzelen.  
HISP. Recordar a alguno. ANGL. To bring in remembrance, to make  
mention, to recite or reporte. 3 Plaut. in Bæn. Memorandum mihi, si no-  
ui forte, aut si sunt cogniti mihi. Idem in Capt. sc. 3. a. 3. Memorandum  
mihi. ¶ Interdum est dicere, narrare, seu exponere, recitare, r̄idēre,  
litteras. Liu. lib. 1. ab Vrb. Herculēmque in ea loca Geryone interem-  
pto, boves mīra specie abegisse memorant. Virg. 1. Aeneid

Musa mihi causas memora.

Plaut. in Trin. Agedam nomen tuum primum memora mihi. Idem in  
Amph. Ibi nunc meus pater memorat legiones hostium, ut fugauerit,  
hoc est, commemorat, vel narrat. Ouid. 13. Metam.

Qui nunc, ut memorant, saxa mouet gemitu.

Quæ illuc res gestæ sunt memorat memoriter. Plaut. Amph. Eandem  
patram & patrem memorat. Idem Men. sc. vlt. a. 3. Seruus an liber esse  
mauelis memora mihi. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Occidi, si tu verè memoras,  
Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Nomen si memorer modò, idem Pseud. sc. 2. a. 4.  
Quid illa pote muliere p̄eius memorat. Idem Mostell. sc. 3. a. 1.  
Latinus bibliot. interpres aliquando memoror v̄suipat, ut deponens,  
pro recordor. Virg. in Culice,

Et tibi sancte puer memorabitur, & tibi certe

Gloria perpetuum lucens mensura per cūnum.

Id Scaliger exponit ; tibi memorabuntur absenti illa, quæ solent dici  
inter pocula: nempe ea quæ sequuntur & tibi certe. Tibi tanquam deo  
alicui in contiuuis libabunt, tuoque honori b. bent homines cum hac  
& ista acclamazione. ¶ Huius composita sunt, Cominemoro, & Re-  
memorio, quod est in memoriam reduco. Legitur & passiuum Memo-  
tor. Plaut. in Amph. Experiū istuc mauellem me, quam mihi memo-  
tarier. Sallustius, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint.  
Mēmōr̄ator, oīis, verbale qui memorat. 3 τὸν μνήματον. oīis  
GALL. Racōteur. ITAL. Raccontatore. GERM. Ein erzeler. HISP. Recorda-  
tor. ANGL. That maketh Mention, reporteth. 3 Propert. lib. 3. Eleg. 1.

Nec non ille tui casus memorator Homerus.

Mēmōr̄atūs, us, Memoratio, commemoration. 3 τὸν μνήματον. zicheba-  
ron. ἀράγενης GAL. Memoire. ITAL. Rimembranza. GERM. Nirdegen  
dächtniss, widerholung. HISP. Obra de recordarse. ANGL. A reporting,  
or making of mention. 3 Gell. lib. 11. cap. 4. Eos versus non minus fre-  
quenti, assidueque memoratu dignos puto, quam Philosophorum de  
officiis decretata.

Mēmōr̄atissimūs, superl. Celeberrimus. δοκιμαστατός. Gell. lib. 8. 5. 4.  
Herodotus scriptor historiæ memoratissimus. Memoratissima imago  
Ialysi. Idem cap. vlt. lib. 15.

Mēmōr̄osus, & Memoriosus, si, qui memoria prædictus est. Corn. Fronto  
de diff. voc. Memoriosus habet ad dicta factaque memoriam.

Mēmōr̄osē, adueb. Idem Corn. Fronto, Memoriosè qui facit, ostendit  
in omni re naturæ bonum. Vide Memoriter.

Mēmōrius, Ciuis Romanus, qui de ambitu postulatus fuit à Quint.  
Curtio, teste Cicerone ad Quintum fratrem lib. 3. à quo Memnoniorum  
familia.

Memnon, teste Homero, filius fuit Tithoni fratri Laomedontis ex  
Aurora suscepitus qui cum maxima Orientalium populorum copia in  
auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occisus, vel (ut alij  
tradunt) à Thessalensis insidiis occisus est: qui cum in ioco cremaretur,  
precibus Aurora in aumen mutatus est: ex eadēque pyra multæ  
aliæ aues euolunt, quæ Memnonides vocantur. Has ferunt quotan-  
nis ex Æthiopia ad Memnonis sepulchrum, quod est iuxta Ilium,  
aduolat. Virg. lib. 1. Aeneid.

Eoīque acies & nigri Memnonis arma.

Strabo lib. 15. vbi sepulturæ eius mentionem facit. Memnonius color,  
id est, niger, Ouid. 3. de Ponto Eleg. 3.

Memnonio cygnos esse colore putem:

Multi enim putant Memnonem Ætiopem fuisse.  
Mempanis corporibus. Isid. gl.

Mempanis temporibus. Leg. Membranis tergoribus.

Mēmphiis, § τὸν μνήματον. Viros Ägypti regia, ab Ogdo  
Rege condita, & à nomine filiae eius ita appellata. Ein haupt stat Res-  
gypti. 3 Hæc inter omnes Ägypti vrbes secundum ab Alexandria  
locum obtinuit, pyramidibus, & regum sepulchris, in primis insignis.  
Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorum. Sit  
est hæc vrbs in loco totius Ägypti opportunissimo, vbi Nilus in duas  
scissus partes litteræ δ, speciem præbet: quo fit ut portuofissima sit,  
omnique penè ex parte nauigiis aditum præbeat. Vulgus hodie Al-  
cayrum. vocat. ¶ Hinc fiunt duo patronymica; vnum masculini gene-  
tis, Memphis, æ, alterum femin. Memphis, idis Tibull. lib. 1. Eleg.

Iuuuen. Satyr. 15.

— annæ aliam terra Memphitide sicca

Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Mēmphiacūs, a, um, adiect. Ouid. 1. de arte amandi.

Neu fuge Niligena Nemphitica sacra iuuenca.

Mēmphiacūs, æ, vel is, μημφίας, Lapis est pinguis variisque colore, in mem-  
bris secundis, vel viendis citra omne periculum sensum adimens, de  
hoc Diocor. lib. 5.

Mēmphiacūs, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyn exuit vita, ut eo mortuo  
regnaret. Auctor Volaterranus.

Memphis, querimonia.

Memptica, accusatoria, expostulatoria.

Memptimœria, crebra querela de suâ sorte.

Men. Pacuvius apud Gell. cap. vlt. lib. 1. s. Men' me seruasse, ut essent qui  
me perderent? Men' hodie conuenisse te audes dicere. Plaut. Men. sc. 8.  
¶ s. Abi ad Acherontem venefica. Idem Amph. c. 4. a. 4. Men' rogas.  
Idem Men. sc. 2. a. 4.

Mēnā, μῆνη, apud Romanos fuit dea, quæ menstruis fluxibus præesse pu-  
tabatur. Quo etiam nomine dictus est pisces quidam brevis, μῆνης, qui  
hyeme candidus, aestate nigror sit: sed tunc Mæna cum diphthongo  
scribitur. Cic. defini. Qui voluptatem contemnunt, eis licet diceat, se  
accipenserem mentis non anteponere. Martialis lib. 11.

— & caudam cibis brevesque manus.

Hunc pisces eundem esse cum halece Theodoio credimus, qui ex  
Aristot. Halecem vertit, quem ille μῆνης appellat.

Mēnæchmūs, μηναχμός, Philosophus Eudoxi auditor, qui Platonis  
temporibus vixit, & scripsit libros tres, in libros Platonis de Republ.  
¶ Menæchmus item Sicyonius hostoricus, qui scripsit histrio-  
riam Alexandri Magni. Meminit vtriusque Suidas. Item est quoque  
Menæchmus nomen proprium viri. Plaut. Menach. sc. 1. a. 2. Audin Me-  
næchme, &c.

Menæchmi, μηναχμοί. Apud Plautum comœdia, in qua fratres gemini  
introducuntur eiusdem nominis, qui indisciplina similitudine iniros  
aspicientium errores excitant. In castigationib. exemplaribus legitur  
Mænchmi sine c.

Menagytæ, μηναγύται, qui singulis mensibus aliquid colligit.

Mēnācas, μηνάκας, Pastoris nomen apud Virg. 3. Eclog.

Mēnālippæ, æ, vel Menalippe, ex, μηναλίπη, fuit Antioches Amazonum  
reginæ soror. Hæc ab Hecule capta dicitur in bello quod contra Ama-  
zones gessit, quam quum Antiopæ sorori restitueret, accepit, pretium,  
arma reginæ & baltheū. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fue-  
rat iussus ab Aristeo. Iuuuen. Satyr. 8. Syima vel Antigones, seu perso-  
nam Menalippes.

Menalippides, μηναλίπιδης, Poëta Melius genere, scripsit Dithyrambi-  
corum plures libros, & poëmata epica, & epigrammatæ, & elegos. ¶  
Huius ex filia nepos Menalippides junior, item poëta, sc. ipsit Lyrica  
& Dithyrambica. Vixit, mortuusque est apud Perdiccam regem Ma-  
cedoniae. Suidas.

Menalippus, μηναλίππος. Thebanus quidam fuit, qui Tydeum in pugna  
apud Thebas lethaler vulnerauit. Qui quum mortem appropinquare  
videret, adeò impatienter tulit, ut ferè in rabiem versus locis inferit,  
ut vulneratoris caput ad se deferent. Sic enim apud Statiū vociferatur,

— caput ô mihi si quis Apportet Menalippe tuum.

Qui postquam illud multo sanguine fusso detulissent ad dominū suum,  
moïdicus arripuit ac ceruici non aliter, ac canis rabidus, dentes infixit:  
quumque illud bestiali ritu deuoraret, occupuit. ¶ Fuit & alter Me-  
nalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, obque  
id fratricidium exulasse. ¶ Fuit & tertius Menalippus Troianus, qui  
quod virtute præstaret, à Priamo filij loco est habitus.

Mēnander, μηνανδρός, Poëta comicus Theophrasti discipulus, strabus  
fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas LXXX.  
& epistolam vnam ad Ptolemaum regem, aliisque nonnulla soluta  
oratione. Hæc Suid. Quint. lib. 10. cap. 1. Menander meo quidem iudi-  
cio diligenter ad cuncta quæ præcipimus efficienda, sufficiat. Ita om-  
nem vitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendæ  
facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus.  
Ouid. 2. Trist.

Fabula incundi nulla est sine amore Menandri.

Legitur & Monandros, Græcorum moe. Idem lib. 1. Amor.

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena

Vixerit & meretrix blanda, Menandrus erit.

¶ Menander item Laodiceus sophista, scripsit commentarios in ar-  
tem Hermogenis, & in præexcitamenta Minutiani. Suidas. ¶ Me-  
nander alias Simoni Mago successit, non solum eius referens impieta-  
tem, sed longè maioriibus superans portentis. Se se enim iactitabat ser-  
uatorum esse ex Olympo, ad hominum salutem demissum, docebat-  
que nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci, aut cogi posse  
quæ artis magice disciplina & baptismus à se traditis, ex quibus  
solis immortalitatem humano generi contingere posse asseuerabat.  
Hæc Irenæus.

Menandrēus, adiect. μηνανδρέος. Propert. lib. 2. Eleg. 6.

Turba Menandrea fuerat nec Thaïdos olim Tanta.

Mēnāpi, μηνάπι, populi qui ad utramque Rheni ripam habitant, pro-  
ximi Vbiis, Eburonibus, Sicambris. Vnde coniecturam facere possumus  
esse eos, quos hodie Iulienses vocamus & Clivenses: quamuis  
Menapiorum

Menapiorum olim latiores fuisse videntur fines, quām hodie sunt Iuliacensium, & Clivensium. ¶ Die Helder im Herzogthum Hulch. § Menarchus, est nomen proprium. Plaut. Capt. prologo.

Menaria, lege Manaria.

Mensulum, iaculi species. Leo, const.

Menceps, mente captus. Priscian. lib. 1.

MENDA, æ, & Mendum, i, à, minus. propriè est defectus, hinc emendo. Error, erratum, vitium. § מְנַדָּה mischaghéh מְנַדָּה meschughah תְּשֵׁחָל תְּמַלְּאָה cheghagháh תְּרַוְּתָה hidkescháh. פְּלִיטָה. GALL. Faute. ITAL. Mèda, errore. GER. Ein falscher oder irrtümlicher. HISP. Tacha, ò manzilla, ò mentira, error y falata. ANGL. An error or fault in writing. Cecina Ciceroni lib. 6. fam. Mendum scripturæ litura collere. Ouid. lib. 1. de arte.

Nocte latent menda, visioque ignoscitur omni.

Cic. Attic. lib. 2. Castritiam mendum nos corrigemus, &c. Idem 4. Verr. Quod mendum ista litura correxit. Quam mendam, legit Novius id quod Victorius admonuit. Ouid. 1. Amor.

In toto nusquam corpore menda fuit.

Menda esse videbatur in hoc verbo, Gell. c. 7. lib. 1. Neque menda, neque vitium in eo verbo. Idem ibidem. Menda indoles inolevit in plures libros. Gell. c. 5. lib. 20. ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod est quasi mendas tollo. Remendo, Latinum non est: quamvis id recensuerit Calepinus inter deriuata à nomine Mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex lib. 3. c. 17. Quidam flagellum totum, sicut erat mati detractum, crediderunt sationi conuenire, idque per gemmas quinas, vel etiam per senas partiti, complures tale oleaster remendauerunt: quod ego minimè probbo. Quo in loco castigatoriæ exemplaria sic habent, Taleolas terra mandauerunt.

Mendosus, a. um, quod est erroribus plenum, corruptus, vitiosus. § טְפֵנָה neškásh טְפֵנָה mehukkásh. פְּלִיטָה. GALL. Incorrectus, plein de fautes. ITAL. Pieno d'errori, scorretto. GERM. Voll falscher. HISP. Cosa llena de mentiras y erratas, incorregible. ANGL. Full of errors, or faultes. ¶ vt, Exemplar mendosum, apud Plin. in Epist. & Cic. 4. Verr. Cur seruus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutij nomine certo ex loco mendosus esset? Idem 2. de Orat. Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superate mendosum est. Idem de clar. Orat. Quanquam his laudationibus historia retum nostrum est facta mendosior. ¶ Accipitur quandoque pro vitioso & depravato. Ouid. 2. Amor.

Nou ego mendosos ausim defendere mores.

Horat. in Serm.

Mendoza est natura.

Mendosus, incorrectus, inemendatus, corruptus, depravatus. § πλημαῖς ψόδος. GAL. Aucq. beaucoup de fautes. ITAL. Scorrrettamente, con molti falli. GERM. Fälschlich, unfeisslich, mit viel falscher. HISP. Mentiroso, mente, con muchas erratas. ANGL. With many faultes. ¶ Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. De latinis verò quid me vertam nescio, ita mendosus scribuntur & vaneunt. Idem 1. de Insuet. Neque eò dico, quod eius ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur, &c. Persius. Satyr. 5.

— mendosus colligit, inquit

Stoicu, hic aurem mordaci lotus acero.

MENDACIUM, cij, est orationis vanitas. § טְפֵנָה schéker כּוֹב cházab טְפֵנָה cháchash. ψόδος. GAL. Mensonge, menterie. ITAL. Bugia, menzogna. GERM. Ein Lügen. HISP. Mentira. ANGL. A lie or leasing. ¶ Ouid. Epist. 21.

Nec vos decipiunt blanda mendacia lingue.

Cic. pro Cuent. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compo- situs. Idem pro Murana. Improbi hominis est mendacio fallere. Mendacium dicere etiam sapienti concessum, Quint. Di te perdant cum istis tuis omnibus mendaciis. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Mendacium quod com- mentus fui. (i. dolus) Ibid. sc. 3. a. 2. Si dixero mendacium soleus meo more fecero. Idem Amphitv. Nec mendaciis subdolis meis est mentel- lum. Idem Capt. sc. 3. a. 1. O hominem lepidum te quoque etiam dolis, & mendaciis. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Mera iam mendacia fundis. Ibidem Magnum & imprudens mendacium. Cic. pro Cuent. Dicere mendacium, & Mentiri, quid differant, vide in verbo, Menior, ris.

Mendacium, li, diminut. Paruum mendacium. § ράγηρος καὶ δι- τήλες ψόδοντος. GAL. Petit mensonge, petit menterie. ITAL. Bu- gietta. GERM. Ein kleine Lügen. HISP. Pequeña mentira. ANGL. A little lie. ¶ Cic. lib. 2. de Orator. Quod tamen est mendaciunculis asper- gendum.

Mendax, cis, Vanus, futilis, qui dicit mendacium. § טְפֵנָה chechásh כּוֹב acházab. ψόδος, ψόδης GAL. Menseur ITAL. Mendace, bugiardo. GERM. Lügnerhaftig. HISP. Mentiroso. ANGL. A liar. ¶ Cic. pro Rose. Com. Quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri solet, peccare consuevit. Idem 2. de diuin. Mendaci homini ne vetum quidem credere solemus. Virg. 8. Aeneid.

Raptabantque viri mendacis viscera Tullus

Per sylnum. & sparsi rorabant sanguine vepres.

Splendide mendax, Horat. 3. Carm. Ode 11. Fui mendax mihi, hoc est, falso mihi persuasi. Ouid. Epist. 2. ¶ Et genitio iungitur: vt, Mendax huius rei si id est, de hac re mentitur. Plaut. in Asin. sc. 2. a. 5. Si huius rei esse mendacem inuenieris. Et speculum mendax esse querere tuum, Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist. Mendacem & gloriosum reperias apud Clo- cinae sacrum. Plant. Cure. sc. 1. a. 4. Haud mendacia tua verba. Idem sc. 2. a. 2. Verum amo, mendacem odi. Idem Most. sc. 3. a. 1. ¶ A Mendax sit Comparativum mendacior, Superlativum Mendacissimus, & Adverbium Mendaciter, ψόδος.

Mendacilöquus, qui loquitur Mendacium. § טְפֵנָה chechásh כּוֹב chozab. ψόδοντος. GAL. Menteur, qui dit mensonges. ITAL. Che dice bugie, bugiardo. GERM. Ein Lügenredner oder Lügname. HISP. El que habla mentiras, mentiroso. ANGL. Alier, that tellseth le usages. ¶ Plaut. in Trin. Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

Menda, ψόδης, vrbs Siciliæ propè Palicos. Vnde Mendax Steph.

Mende, ψόδης, vrbs Thraciæ, à Mende, vel Mendi muliere. Inde vinum Mendaxum. Steph.

Mendes, ψόδης vrbs Ægypti iuxta Lycopolia, ubi Pana & hircum colunt.

Civis Mendesius, aut Mendites, Steph.

Mendesicum ψόδοντος. Vnum ex Nili ostiis, auctor Plin. lib. 5. cap. 101. Mendesium, ψόδοντος, Ægypti oppidū, cuius incolæ Mendesij, μέντεσις, appellantur. Herodot. lib. 2. dictum existimat à Pane, qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Ægyptiorum lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili ostium Mendesium dictum fuit. ¶ Mendesium quoque vocatur nobilissimi vnguenti genus, quod ex hac viba præstantissimum mittebatur: de quo Plin. lib. 13. c. 1. Mendicula, οὐρανὴ Vestis; à Mendice dicta, qui magistratus nomen erat apud Oscos, ut ait Festus. Plaut. Epid. Quid erat induitam regillam induculam, an mendiculam?

Mendicium, & Mendicum, ( inquit Festus ) dici putant velum, quod in prora ponitur.

MENDICVS, qui victum ostiatim queritat. § מְנַדִּיכָן ebion רְשָׁאָתָה תְּעֻמָּה. GAL. Mendiant, qui demande l'aumone. ITAL. Mendico, pietocco. GERM. Ein bätler. HISP. Mendigo, el que pide mendicando. ANGL. A begger. ¶ Et, vt refert Festus, Verius dictum putat à mente, quod mentem eius fefellerit fortuna: vel à mendendo, quod preteretur omnes, vt vitæ suæ medeantur cibo: vel quod manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idem Persa. Cum hac dote poteras, vel mendico nubere. Quid tibi ad nos, mendice homo, est tactio? Idem Aulul. sc. 2. a. 3. Cicer. 5. Tuscul. Paupertas si maluor est, mendicus beatus esse non potest, quamvis sit sapiens. Apud Ciceronem pro Murana, legimus superlativum Mendicissimus, pro miserrimo pauperissimum. Solos ( inquit ) sapientes, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, diuites. ¶ Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cic. 3. de Orat. Instrumentum autem hoc forensē, litigiosum ac, tractatum ex vulgi opinionibus exiguum sanè ac mendicum est, hoc est, infirmum & inualidum, quodque mendici in morem alienum posulet auxilium.

Mendiculus, diminutivum, § ὄψης τρίπον. GALL. Belistrenu, engardeau. ITAL. Mendico picciolo. GERM. Ein bätlerlein. HISP. Mendigo pequeño. ANGL. A little poore begger. ¶ Cic. in Catilina. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex iusticis mendiculis, ex decoctori- bus, &c.

Mendiculus, diminutivum, § ὄψης τρίπον. GALL. Belistrenu, engardeau. ITAL. Mendico picciolo. GERM. Ein bätlerlein. HISP. Mendigo pequeño. ANGL. A little poore begger. ¶ Cic. in Catilina. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex iusticis mendiculis, ex decoctori- bus, &c.

Mendiculus, as. Vitæ alimenta postulo ostiatim. § מְנַדִּיכָן schál, ἀποφάνεια, ἀποφάνεια GALL. Mendier, demander l'aumosne. ITAL. Mendicare; GERM. Bätler, heuschen. HISP. Mendigar. ANGL. To begge, to lack his almouse. ¶ Iuuen. Satyr. 6.

Arcanam Iudea tremens mendicat in aurem.

Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. in Amph. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Veteres etiam mendicor pro mendico dicebant, vt idem Plaut. in Aulularia, Malim mori meos, quam mendicariet. Boni ministrantur, illum nunc irrident mali. Ex Nonio. Patet vñibit potius, quam te finam egere, aut mendicariet, Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Mendicare semper aliquid, Apul. Apolog. 1. Mendicare stillicidia, Senec. cap. 11. de tranquill. His trionem cogis mendicariet. Plaut. Capt. prolog. Item, Opus est. M. Scio, vt mendices. Ibid. sc. 4. a. 2.

MENDICANS, participium. § מְנַדִּיכָן scholé, ἀποφάνεια, ἀποφάնεια GALL. Mendicante. ITAL. Mendicante. GERM. Bätlerend. HISP. Mendigo ANGL. Begging. ¶ Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. decere videatur magis Me saturum seruire apud te, sumptu & vestitu tuo, quam illic, ubi minimè honestum est, mendicanem viuere.

MENDICATUS. Aliud participium: vt Cibo mendicato pasci, Ouid. 6. Trist. Mendicatio, verbale. Seneca. Epistola. 102. Quid sibi vult tam fæda vitæ mendicatio?

MENDICATAS, Inopia, paupertas, egestas. § מְנַדִּיכָן scholé, ἀποφάնεια, ἀποφάնεια GALL. Mendicante, paureté, jusque à mendier à huis en huis. ITAL. Pi- uocchia, mendicazione. GERM. Bätlerweck, bätlerrey, grosse armut und mangel. HISP. Mendiguez. ANGL. Extreme pouertie, beggerie. ¶ Cic. pro Flacc. Potuit dare Sextilius? nam fratres quidem consortes sunt mendicatis. Plaut. Ruden. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua. Duti tuis ausculo maguidicis mendaciis. Cic. 5. de finib. Quum & mendicitatem multi perpetiantur, & viuant. Idem in Cat. Ut omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur. Qui se pro- perent ad mendicitatem detinere. Idem Men. sc. 3. a. 1.

Mendicè, cui opponitur plena manu. Senec. Epist. 3. 3.

Mendicitè, Miserè, & tenuiter. ἀποφάνεια.

MENDICIMONIUM, Inopia, ἀποφάνεια, qua voce vñus est verborum insigniis innouator Laberius, vt refert Nonius. Et Gell. c. 7. lib. 1. 6.

Mendicabulum, Mendicatio ipsa, sive ipse mendicus. § מְנַדִּיכָן scholé, ἀποφάնεια. GALL. Mendicité, ITAL. Pittocheria, mendicatione. GERM. Ein abbätsilung oder ein bätler. HISP. Mendiguez. ANGL. Begge- rie. ¶ Plaut. in Aul. sc. 5. a. 4. Nam istos reges memorare nolo, homi- num mendicabula.

Mendum vide Mendax.

Meneccina, ἀποφάνεια, vrbs mediterranea OEnotriæ, à qua Meneccini, ἀποφάνεια, & Menecceni populi. Steph.

Meneccates, ἀποφάնεια Eliano teste, medicus fuit Syracusanus, qui ab ægrotis aliam mercedem non stipulatur, quam vt ipsum louem ap- peilarent, se se autem illius seruos fatarentur. ¶ Alter Meneccates co- micus poëta fuit, vt scribit Suidas.

Mene, defectus lunæ. Item luna Cath.

MENEDEMIUM, ἀποφάնεια vrbs Lyciæ, Gentile Menedemius, vel Mene- demicus. Steph.

Menedemus, à Luna & populo quis dictus. Plaut.

MENEDEMIUS, ἀποφάնεια, Philosophus ex Eretia ciuitate, à quo Philoso- phi Ereti iaci dicti sunt. Eretia vero in Eubœa est, vt inquit Strabo lib. 9. Hic militiam primò exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate & grauitate insignis, status corporis in se, vt in iu- ne, fuit firmus & validus. Et quū prius ab omnibus ludibrio habe- tur, postea tanta in admiratione habitus est, vt ciuitatis gubernacula ei- tradcerentur. Obiit vitæ suæ anno septuagesimo tertio. ¶ Fuit & alias Menedemus Lampsacenus Cynicus, qui in tam prodigiosam venerat superstitionem, vt sumpto habitu Euræ, prodiret, dictans se explora- torem ex inferis venisse, delaturum damnonibus mortaliis peccata. ¶ Pullatus

Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta balteo puniceo. Arcadicum pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu, auctor Laertius. Item alias Rhodius, Aristotelis auditor, de quo vide Aristotelis iudicium apud Gellium lib. 13. c. 5.

**Menelætus.** { Μενέλαος. ANGL. An hauke called a saker. } Avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequensque versatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

**Menelaus,** Μενέλαος, filius Atrei, & Ætropes, ut Homerus tradit, Plisthenis vero ut Hesiodus, & frater Agamemnonis, rex Sparta qui Helenam Iovis, & Ledæ filiam, uxorem habuit: quam quum Paris Priami filius eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit, qui illam repeterent: sed quum reddere nollebant, omnes totius Græciæ principes ad bellum convocavit: qui collecto maximo exercitu, ad unum omnes sub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurarunt. Quumque jam tota Phrygia, atque Mysia devastata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis, quam viribus illud expugnaverunt: ita Helena recepta post octavum erroris annum, domum rediit. Virg. lib. 2. Æneid.

Et Menelaus ipse doli fabricator Epeus.

Menelaus legatus cum Vlisse venit Troiam, Ovid. 13. Metam.

Menelaus, Μενέλαος, urbs Ægypti. Strab. lib. 14. & regio Menelaites. Est etiam Menelaium, Μενελαιον, parva regio Spartæ, Gentile, Μενελαιον, possessivum Menelaicus: sed ab Ægyptia urbe Menelaites dicitur Stephan.

**Menephron,** viti proptium qui cum matre occubuit, auctore Ovid. lib. 7. Metam.

Meno olim erat pro moneo.

**Menerva** veteribus, quod postea Minerva.

**Menervo,** moneo antiqua vox: unde promenerat moneret, in Saliari carmine. Scalig.

**Mēnēs**, Μηνης, teste Herodoto, primus omnium hominum in Ægypto regnavit, sub quo tota Ægyptus præter Thebaicā plagā palustris fuit. Mēnēstheūs, μηνθεύς, viri fortis nomen, qui unā cum Adrasto & Thyeo profectus est ad bellum Thebanum. Vide Stat. lib. 6. Thebaid.

Mēnēsthō, μηνθω, nomen Nymphæ, à memorando dictum.

Mēnēsthīus, μηνθήος, fuit Arithoi & Philomedusa: filius, ex Arna civitate, quem Paris in bello Troiano occidit, teste Hom. in initio l. 7. Il. Meniana, Ædificia quædā appellata sunt à Menio inventore, inquit Festus, qui primus in foro ultra colūnas tigna projectit, quo ampliarentur superiora spectacula. Ascon. autem hujus verbi originem sic explicat: Menius quum domum suam venderet Catoni & Flacco Cos. ut, ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius columnæ, super quam teatru projecteret ex prævolantibus tabulatis, unde & ipse, & ejus posteri spectare munus gladiatorium possent. Ex illo Menia columnæ vocata est. Ex quibus apparet error Porphyrionis, cùm scribit Menium securitate notissimum post abrosum patrimonium vendidisse domum quam habuerat ad forum spectantem, una sibi recepta columnæ, unde gladiatores spectaret, quæ ex eo Menij columnæ nominabantur. Super hac columnæ, (ut nonnulli tradiderunt,) Menius teatrum projectit & tabulata: unde & ipse & posteri eius spectare munus gladiatorium possent. Vnde factum putatur, ut omnia id genus ædificia Meniana vocarentur. Suet. in Calig. Pauci è proximis Menianis spectabant.

Meniaticum, tributum menstruum. Lex. gr. b.

**Mēningēs,** μηνίγες: Membranæ duæ sunt, cerebrum circunquaque contingentes, quarum exterior, qua adversus craniū impressiones cerebri veluti propugnaculum est & tegumentum, Crassa, sive dura meninx appellatur: & vulgo Dura mater. Hæc craniū intus succingit, inter se & alteram meningem tantum relinquens spatijs, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cræbri ritu perforata, duplicatürque, ut commodiū venas inniciat, quas in se habet ad summum capitales verticem ascendentis. Altera cerebro penitus conjuncta est, quæ quod tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χορτον, id est, secundas vocant) persimilis sit, χωρεῖns appellatur: vulgo Pia mater.

**Meningophylax,** membranæ custos. lamina ænea, quæ chirurgi utuntur in capitib[us] vulneribus curandis. L. M.

**Mēnīnx,** μηνίξ, nomen insulæ, ex adverso minoris Africæ (ut docet Plin. l. 5. c. 7.) quæ in longitudinem patet triginta quinque millia passuum, in latitudinem viginti quinque. Vulgo Gelves.

Menior, melior antiqua. Scalig.

**Mēnippus,** Μενίππος, Phænix, Philosophus Cynicus, conditione servus qui nihil memoria magnopere dignū reliquit, præter Nærias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus nugas crebris salibus, Cynicæque mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Vairo Saryras conscripsit, quas ab illius nomine Menippæas appellavit, ut tradit Macrobius in Saturn. Hic ad rem augendam tam avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticum fœnum exerceret. Qua ratione immensam pecuniam brevi congestit, quamque quum per infidias sibi comperisset esse creptam, laqueo vitam finivit. Hæc Diogenes Laertius. Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poëta Comicus. Alius item Stratonicensis, tota Asia desertissimus, præceptor Ciceronis, ut ipse in Bruto testatur. Post à me, (inquit) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebat ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis: meo iudicio, tota Asia illis temporibus desertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec inceptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari rectè potest. Hactenus Cicero in Bruto.

Menisco, inusitatum, unde comminiscor, reminiscor.

**Meniscus,** μηνισκός, lanula.

Ministerium, mensa, in qua posita convivij pocula. Lex. gr. b.

**Mēnius,** Lycaonis, filius, qui quum patre in lupum verso, & domo conflagrante Iovem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

**Mēnius Cos.** Romanus, anno ab urbe condita 430. devictis navalí prælio priscis Latinis & Antiatibus, eorum iusta navium ætara in foro posuit, appellatique forum Rostra cœpit. Auctor Liv. lib. 8. & Plin. lib. 34. cap. 5.

Menianus, um, ad Menina pertinens.

Mēnlætia, Μενέλαια Ptolomæo l. 2. c. 6. Hispania urbs: vulgo Marcia. Mēnōdōtūs, Μενόδοτος. Medicus insignis, ætate Scaptonis, cuius meminit Galenus in Therapeut.

**Mēnoēcūs,** Μενοέκος, Thebanus filius Creontis, qui pro patriæ salutem sanguinem suum, atque adeò vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argivis obsidebantur, redditum esse oraculum, urbem salvam fore, si ultimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus ejus devoveret, intelligens Menoeceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem concivit. Vide Stat. 10. Thebaid.

**Mēnoēcīs,** Μενοέκης, Vitis Phocensium ultima quæ ad Occasum vergit. Mēnoēcēs, Μενοέκης, nomen unius ex sociis Æneæ. Virg. 5. Æneid. Rectorem navis compellat voce Menœten.

**Mēnoētūs,** Μενοέτος, teste Homero, filius Actoris ex Ægina, quam viatam Iupiter illi in conjugem dederat. Hic postea relicta Ægina matre in Opuntem Locorum se contulit: ibique Patroclū ex Sthenele uxori suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ovid. in Epist. Penel. Sive Menœtiadem falsis creidisse sub armis, &c.

**Menoles,** vide Manoles cum diphthongo.

**Menologium,** μηνολόγιον, liber in quo mensium ratio redditur, à plurimis, & λόγῳ ratio.

**Mēnōn,** Μενόν, onis, Μενόν, Arrogantissimus Sophista, Socratis ætate: cuius meminit Plutarchus in libello, quem περὶ πλυνθῆσας inscripsit.

**Mēnōphīlūs,** Μενόφηλος, Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio vietus filiam servandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensorisque ditionem parantes Menophilus sentiret, puella interfacta, gladium in viscera sua compegit, venitus ne captiva puella raperetur & violaretur. Auctor Ammian. Marc. l. 16.

**Mēnōsīa,** Μενόσια Oppidum Vardolorum in Tarragonensi Hispania, cuius meminit Plin. lib. 4. c. 20. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

**Menosgada,** vide Monosgada.

**Mēnōthāūs,** Μενόθαος, fluvius in Maeotim influens, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

**Mēns,** τις, scim, gen. & olim quoque in recto. mētis. Animus, intelligentia, memoria, ηγεμονία, ηγεμονία, ηγεμονία. GALL. Entendement, pensée, esprit, mémoire. ITAL. Mento, pensiero, memoria. GER. Der verstand, vernunft, das gemüth. HISP. Entendimiento ó memoria. ANGL. The mynd, the understanding, the thought. } Est princeps animæ f. cultas, qua iolus homo præditus cæteris antecellit animantibus, quæque ies incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc sit, vt mente plerique dictam existiment quasi eminentem, sive quod inter omnes animæ facultates maximè emineat, sive quod per eam inter animalia plurimū emineamus. Ovid. 15. Metam. Mente deos adiit.

Vt tibi sollicita sensibus creptis mens excidit,

Catull. de com. Beren.

Enn. apud Priscian. l. 7. Terra corpus est, at mentis ignis est, pro mens.

Vt longi radia bellī

Mente ferant placida,

Ovid. 13. Metam. Bona mente, vel mala facere Quintil.

Mea semper placuerunt otia menti,

Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.

Sic igitur carmen, recta si mente legatur,

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Tota tibi mente, mihique

Gratulor,

idem Eleg. 8. lib. 1. Mens in querelis. Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Melius est, mulier, sanam mentem sumere. Ibidem. Hæc sola sanam mentem gestat mearum familiarium, idem Amph. sc. 1. c. 5.

Hæc ego summotorus qua possum mente video,

Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Qui duo corporibus, mentibus unus erant.

idem Eleg. 4. l. 4. Trist. & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Cic. de senect. Homini sive natura, sive Deus, nihil mente præstantius dedit. Idem pro Rabirio. Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quod optimi & sapientissimi cuiusque animus, ita præsenti in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 2. Offic. Homini autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliud aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur. Lactant. lib. 7. Primū non idem est mens & anima. Aliud est enim, quo vivimus, aliud quo cogitamus. Nā dormientium mens, non anima sopitum: & in furiosis mēs extinguitur, anima manet. Et ideo qui mentis cōpotes non sunt, nō excordes, sed demētes appellantur. Mens ergo, (id est, intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ætate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tépore spirandi accepit facultatem, eodem usque ad ultimū durat, donec emissa corporis clauistro, ad suam sedē revolet. Thales Milesius, Velocissimum (inquit) omniū quæ sunt, est mens: nā tantæ celeritatis est, ut uno temporis puncto cælū omne collusret, maria pervolet, terras & urbes peragret. Inter animū quoque & mentem interest, quod Mens sit cogitationis, consilique subtilitas quædā, certæ orationi cōsentanea. Ideo amentes, & dementes dicuntur, qui nullo consilio utuntur. Animus vero est vita, & voluntatis fundamentū. Plaut. in Cistel. Examor, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo. Idem in Epid. Pavor territat mentem animi, neque est ubi meas collocem spes. Item Ovid. El. 1. lib. 3. Trist. Iuro hunc animū favisse tibi & quasola potui mente, fuisse tuū. Catul. ad Ortaū.

Nec potis est dulces Musarum expromere fæsimus.

Mens animi.

Et Gell. c. 2. l. 15. Mentem animūque. Ex quibus testimonius clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diversā ab Animo. Alioquin enim incepte, & à Cicerone regnū animi menti datū, & à Plauto animi mens dictū esset. Similiter etiam Ter. in Andria, Animū & Mentem res diversas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. Accipitur quandoque pro voluntate, sententia, sive ut vulgus loquitur) intentione. Virg. 1. Æneid.

In primis regina quietum.

Accipit in Teucros animū mentēque benignam.

Cicer. 4. Tuscul. quæst. Humanus autem animus qui deceptus est ex mente

mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) compari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata, ut nec necetur erroribus, sit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quod est idem quod virtus. Ponitur quandoque Mens pro consilio, *γράφη*. Virg. 1. *Aeneid.*

*Nostram nunc accipe mentem.*

Quandoque pro animo. Cic. 1. *de Orat.* Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, &c. § *Sunt* mentis esse dicuntur, qui sibi recte propiciunt, & bonam mentem habent, idem in *Pisonem*. Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patire, &c. § *Depone* e mentem mentumque in gremiis minarum, dixit idem in *Anton. Philipp.* 3. § *Huius* composita sunt, Amens, Demens, Vehemens. § *Mente* captus, pro amente accipitur, *ἀναπάθεος*, quemadmodum Oculis captus, pro *cæco*. Festus. Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit. Mente lapsi (i. furiosi.) Suet. in *August.* c. 48. & Senec. epist. 36. Item egentes mentis. Ovid. *Eleg.* 1. lib. 2. *Trist.*

*Qui legis Electram & egenem mentis Orestem.*

Venit in mentem illa res, vel illius rei, vel de illa re, id est, illius rei memini. Cicero. Scin' quid nunc in meatem venit mihi? Plaut. *Pseud.* sc. 5. a. 1. Venit in mente in mihi petere argentum. Idem *Curt.* sc. 4. a. 4. Ut lepidè, ut astutè de speculo in mentem venit malæ! Idem *Mosell.* sc. 3. a. 1. *Ibidem* sc. 4. a. 1. In mentem venit modò (mox.) Iam memini. Et Non cuiquā eorum in mentem venit recte facere, (i. non sua sponte cogitat. Idem *Pseud.* sc. 1. a. 1. In mente venit te esse bovem, & me ascellum. Idem *Aul.* sc. 4. a. 1. ¶ Nunc verò mihi in mente fuit. Idem *Amph.* sc. 1. a. 1. Quid ita in mente est tibi, mi vir, percontariet. Idem *Ibidem* sc. 3. a. 2. § Mens ei redire dicitur, qui cùm desiperet relipiscit, Cels. lib. 3. c. 18. Levatōque accessionis impetu, protinus mens reddit. Mēntio, nis, à supino Mēntum. Quod à Meno verbo antiquo deducitur. teste Valla lib. 3. § *τέλος ζέχων* Zécharon. *διμηνιγράφων*. GALL. Mention, memoir. ITAL. Mentione, memoria. GERM. Meldung, gedenebung. HISP. Mencion, memoria. ANGL. Mention. § Mentionem facere alicuius est commemorare, sermonem de eo habere. Terent. in *Eunuch.* Si quando illa mentionem Phædriæ facit, &c. Cicero. ad *Sulpitium.* lib. 13. Deinde credas mihi affirmanti velim, hominem esse neminem qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. § Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo. Mentionem habere alicuius. Qu nti. Incidere in mentionem alicuius. Plin. lib. 2. cap. 8. In mentione teræ dicetur, id est, dum teræ faciemus mentionem. Item pro loqui, Vbi mentionem fecero de filia, (i. loqui coepero.) Plaut. *Aul.* sc. 4. a. 1. Fac mentionem cum Avunculo mater tua, (i. loquere) *ibid.* sc. 1. a. 4. Item laeta mentione, (alias facta.) Velleius. Inferre mentionem Livi. 9. d. 4.

Mēntio, iris, à menda, adeoque à minus. Etenim qui minus quam opus est, dicit, is veritate invenit, diciturque mendax. Contra id quod in mente est loquitur, fingo, communis. § *Τέλος χαχασθεὶς* chit. Zéb. *ψεύσκων*, *ψεύσκοντας*. GALL. Mentir, feindre. ITAL. Mētire, dir bugie. GERM. Liegen. HISP. Mētir. ANGL. To lie, to faine, to invent false thinge. Plaut. in *Amph.* — verbero, mentiri is nunc! At iam faciam, ut verum discas dicere. Terent. in *Heaut.* Non est mentiri meum, id est, non consuevi mentiri. Vide ne me ludas P. Haud mentior. Plaut. *Curt.* sc. 3. a. 2. Tun' me mentiri aïs? A. Mentiris, inquam, meæ corruptor familiæ. Idem *Amph.* Mentiri protestimoni. Gell. c. 11. lib. 11. Assentendum est, quicquid hic mentibitur. Plaut. *Milit.* sc. 1. a. 1. Itan, Ut vera esse inducat quæ mentibitur. *Ibid.* sc. 2. a. 2. Ego ut te adversum mentiar mater mea. Idem *Aul.* sc. 3. a. 4. Non taces tu? Non mentior. Idem *Men.* sc. 7. a. 5. Quid mihi sit boni, si mentiat? Idem *Mosell.* sc. 1. a. 2. Item mentiri verum robur, Fab. cap. 1. 6. lib. 2. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur, in ejus detimentu. Qui verò mendacum dicit, tum etiam fallitur, quum credit se verum dicere. Hinc Nigidius apud Gell. c. 11. lib. 11. Vir bonus præstare debet, ne mentiat: prudens, ne mendacum dicat. ¶ Aliquando tamen mentiri, est per impudicitiam falsū dicere, sicut & mendaciū dicere. Cic. L. 4. *Tusculan.* Nunc ad philosophos veniam, qui negant amorem stuprum esse, atque in eo litigant cum Epicuro non multum mentiente. ¶ Interdum est fingere, simulare, imitari, & velle videri id quod non est: ut quum quis dicit, Mētiri sexum, Mētiri colorem suum fuso. Martial. lib. 1.

*Mētiturque virum prodigiosa Venus.*

Colum. in *præsat.* lib. 1. Attonitique miramus aestus effeminorum, quod à natura sexum viris denegatum mulieribz motu mentiantur, decipiāntque oculos spectantium. Quint. lib. 2. c. 1. 5. Et mangonum, qui colorem fuso, & verum robor inani sagina mentiuntur Plin. l. 57. c. 8. Inficiunt, candore inque mentitur. Et dicimus Mētiri adversus aliquem. Mētiti in aliquem, Mētiti alicui, & Mētiri de aliquo: quorum passim exempla occurunt. Mētibz, pro Mētias, apud Plautum in *Mil.* Vide supra. § Hujus compositum est Ementior, quod est, aperre, seu publicè ostendo, quod non est *καταπεπιστημένος*. Item Mētitor, a. uin. Ovid. *Eleg.* 3. lib. 4. *Trist.*

(Hæc) Non mentitura tu tibi voce refer.

Item mentitus, a. um, Quintil. Mētium colorem exuere. Idem.

*Hos non mentito reddidit ore sonos,*

Ovid. 6. *Faſt.* Dixit me perjurum & scelestum. Pol haud mentitum est (alias) Mētitus est. Plaut. *Pseud.* sc. 6. a. 4.

Mēnsæ, q. mesa, quia ponitur in loco medio. Et olim dicebant mesa, ut *cessus*, *pro tensus*. Ad quam accumbitus cibum sumptu: dicta, (inquit Vario) quasi mesa, id est, media, quod inter duos statueretur *Ἐπίτρης σαλαῖς τελεῖται*. GALL. Table. ITAL. Mesa, tavola. GERM. Ein tisch. HISP. Mesa en que comemos. ANGL. A table. § Virg. *Aeneid.*

Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt  
Pocula.

Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensatum genera. Cittrea, scilicet, & Acetna, de quibus apud Martialem lib. 14. Epigrammata duo. Ovid. 12. *Metam.*

*Hunc pede convulso mensa Pellatus acerna  
Stravit humi Belatas dejecto in pectora mense  
Ad umbras.*

Cicer. 6. *Verr.* Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutadio abstulisti. Horat. 1. *Serm. satyr.* 3.

modò sit mihi mensa triplex, &

Concha salis puri, & toga, qua defendere frigus

Quamvis crassa, quent, &c.

Mensa varietate maculata, conspicua. Senec. cap. 1. de *tranquill.* Peniculæ nomen fecit mihi. Ideo quia mensam quando edo detergeo. Plaut. *Men.* sc. 1. a. 1.

— *Scamnis considerare longis*

*Mes erat, & mensa credere adesse Deos.*

Ovid. 6. *Faſt.* Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Plaut. *Men.* sc. 1. a. 1. Te domitare aiebas, mensa ablata est. Idem *Amph.* Communicabo te semper mensa mea. Idem *Mil.* sc. 1. a. 1. ¶ Quandoque ponitur pro prandio, vel cœna. Iuvenal. *Satyr.* 1.

— *quam de tot præclaris orbibus; & tam*

*Antiquis una comedunt patrimonia mensa.*

Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ, id est, quæ in principio & in con vivij fine fercula apponuntur, vulgus *Introitum* & *exitum* mensæ appellat. Ovid. *de Nuce*,

*Poma cadunt mensis non interdicta secundis.*

Cic. ad *Attic.* lib. 1. 4. Secundæ mensam dixit in numero singulare. Hæc (inquit) ad te scripsi, apposita secunda mensa. Accipitur etiam mensa pro abaco numulariorum, quænamadmodū apud Græcos *τετράπλευρη*: unde & ipsi numularij à Cicerone Mensarij vocantur, quos Græci vocant *τετράπλευρους*. Cic. in *Pison.* Quid? stipendium militibus per omnes à civitatibus, mensis palam propositis, esse numeratum. Gell. cap. 2. lib. 1. 4. Mensæ rationibus probari datam pecuniam. Plaut. *Curt.* sc. 3. a. 5. Decem minas dum solvit omnes mensas transit. Idem *Pseud.* sc. 2. a. 1. Isti postquam à mensa surgunt (de argentariis), &c. ¶ Accipitur quandoque pro disco, sive quadra, qua utimur in mensa ad epulas in frustula consindendas. Fieri solet frequentius ex ligno, aut stanno olim etiam ex pane. Virg. 7. *Aeneid.*

*Accisis cogit dapibus consumere mensas.*

¶ De mensa mittere, id est, de iis quæ apposita erant mensæ, Cicero ad *Attic.* lib. 5. Discubuimus omnes præter illam; cui tamen Qu. de mensa misit, illa rejicit. Antiqui mensam vasorum quadratam habuerunt: vocaveruntque Urnarium: de quo vide *Varronem* ¶ Fuit & mensa vi natiæ totunda, nomine Cylibantum, *τέτραπλευρης*: sic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata una columnella subnixa, Cartibulum vocabatur. Auctor est idem Varto de ling. *Las.* lib. 4.

Mensagerulus, qui mensam gerit. Poll.

Mēnsūlā, &, diminutivum. *τετραπλευρης*. GALL. Petite table. ITAL. Picciola tavola. GERM. Ein tischlein. HISP. Pequeña mesa. ANGL. A little table. § Plaut. in *Mosell.* sc. 3. a. 1. Cedò aquam manibus, puer, appone hic mensulam.

Mensule, mappa. Lex. gr. b.

Mensarium, quod est in mensa Cath.

Mēnsārīus, rīs, qui & Argētarius à Latinis, à Græco. *τετραπλευρης*, *τετραπλευρης*. dicitur. GALL. Banquier, caſſier, changeur. ITAL. Cassiere, banquiere. GERM. Ein wechſler. HISP. Banquero, o caſſero, cambiador. ANGL. An exchanger or banker. § Liv. lib. 7. ab Urbe. Solutionem æris alieni in publicam curam velet: quinque viris creatis, quos mensarios à dispensatore pecunia appellarentur. Cic. pro Flacco. Cum civitate mihi res est acerima, & confidentissima litterarum, in qua nummus moveri nullus potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensariis, qui apud illos à populo creantur. Mensarius & Numularius iidem sunt, apud Suet. in *Cas.* cap. 4.

Mēnsūlārīus iidem, qui numularij, ut patet ex Scævola. D. L. 2. tit. 14. § 47. alios autem numularios ab argentariis fuisse, patet ex l. 9. de excep. Utum igitur Mensularij dicti sunt à mensulis, quas in minore negotiatio ne, quam illi, qui argentarij dicebantur, exercabant, an interdum pro argentariis sumantur, & mensarii, difficile dictu est. Seneca contr. 24. multa in avarum & foeneratorem, & mensurarium dixit.

Mēn: iō, onis. Vide *Metior.*

Mēnsis, is, à Metior deducitur, quasi numerus dierum mensus. *τέτρα πλευρης*. GALL. Mois. ITAL. Mese. GERM. Ein monat. HISP. El mes. ANG. A moneth. § Cic. lib. 2. de nat. deor. qui quia mensa spatia confidunt, Menses nominantur. Macrobius à Græco *μήν*, id est, à Luna trahit: nam Lunæ curriculo mensis conficitur. Terent. in *Adelph.* Compreſu gravida facta est, mensis hic decimus est. In decem mensibus, homo ederetur. Gell. cap. 1. lib. 14. Alter decimo post mense nascetur puer quam seminatus, alter mense septimo. Plaut. *Amphit.* Alter perpetit decum mense post. Idem *Aul.* sc. 6. a. 4. Vel sex operibus menses. Idem *Pseu.* sc. 3. a. 1. Septem menses sunt cum nemo in hasce ædes intro retulit pedem. Idem *Mosell.* sc. 2. a. 2. ¶ Mensum pro Mensium. Ovid. 5. *Faſt.*

*Cum tua sint, cedantque tibi confinia mensum.*

Et iterum idem ibidem. Nec tu dux mensum Iane biformis eras. Item Plaut. *Mosell.* sc. 1. a. 1. Ita vetus Codex paucorum mensum sunt reliqua. Horat. 2. *Epist.* 1.

*Qui vel mense brevi, vel toto est iunior anno.*

Stat. 3. Syl.

— *stupet ipse labores*

*Annus, & angusto bissexu limite menses.*

Virg. 3. *Georg.*

*Sape diem noctemque, & totum ex ordine mensum*

*pascitur.*

Terent. in *Adelph.* Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Virg. 3. *Elog.* Et incipient magni procedere menses. ¶ Menses in plurali, sunt mulierum mensura. Plin. lib. 2. 1. cap. 2. 5. Ceteri menses è vino pota. Idem lib. 21. cap. 2. 1. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi mulierumque mensibus retardatis. Mensis etiam in singulari idem significat. Plin. lib. 2. 8. cap. 4. Multa genera menses: primo coitu, solvantur, primisque feminatum mente. Hinc Tiamistris, *τιμητρος*, trium mensum, August. lib. 1. 3. de *Civitate Arcades*, quorum anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris duorum mensum. De vario numero mensum in anno Plutarch. in *Num.*

Mēnsūlās

Mēnstrūs, a.ūm, quod est unius mensis. {*לְבָנָה*, *לְבָנָה*, GALL. D'un mois, ou qui vient de mois, en mois. ITAL. Di un mese. GERM. Das eines monats ist. HISP. Cosa que vienne de mes en mes. ANGL. Of one moneth, or that cometh enere moneth. } Cic. i. de nat. deor. Hujus hanc lustrationem eisdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Varr. de re rust. lib. i. cap. 27. Et quando tempora duorum generum sunt, unum annale, quod Sol circuitu suo finivit: alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit, &c. Cic. pro Rosc. Com. Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas; qua de cuncta; quia haec sunt menstrua, illæ eternæ. Mens: ua c. baria, apud CIC. s. Verr. quæ sunt unius mensis. Sic Opus menstruum, menstrua vita. Menstruum jussus miles secum ferre. Liu. 4. d. s. Frumentum menstruumque gratuitum. Suet. in Neron. c. 10. Menstruæ supplications. Idem in Galba cap. 4. § Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos menses legato: ut annum, quod in singulos annos Vlp. in l. qui pœniss. ff. decess. honor. Si quid misericordia causa fuerit relictum, putat, menstruum, vel annum alimentorum nomine. § Menstrua solvere, i. sacra solvere, quæ mense quoque debentur. Salustius, Conventum vitantes ad menstrua solvenda montem ascendunt.

Mēnstruā, orum, substantivum, pluralis numeri. Menses mulierum profundum est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxiū expellit. {*נִידָה* תַּרְדֵּזֶת *devorah* תַּרְדֵּזֶת, תַּרְדֵּזֶת}. GAL. Le flux de sang qui vient aux femmes tous les mois, leur m'aé septaine. ITAL. Flusso di sangue che patiscono le donne ogni mese. GERM. Die vierwochige Krankheit der weiber. HISP. La purgation de la muger. ANGL. Aflux of blood that women have monthly. } Dicta sunt autem menstrua, quod unoquoque mense mulieribus, quæ ejus etatis sunt, ut possint concipere, soleant accidere: unde etiam menses appellantur. Menstrui sanguinis via us describit Plin. liv. 7. cap. 15. Feminae quibus sanguis per menstrua non respondet. Cell. lib. 4. cap. 4. Ibid. mulieri, cui menstrua non feruntur. Rutilius lib. 6. c. 18. Feminae qui bus menstrua non proveniunt.

Mēnstruā, le, quod singulis mensibus sit. {*לְבָנָה*, GALL. D'un mois, qui se fait par chaque mois. ITAL. Cosa che si fa ogni mese. GERM. Das halbe monat geschicht. HISP. Cosa que se hace cada mes. ANGL. That is done overie moneth. } Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier. menstrualis mulier, quæ menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent, תַּרְדֵּזֶת *izzor*. Plin. lib. 1. 9. cap. 10. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flavescent. Idem lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menstruale mulier est.

Mēnstruā, vide *Mēnstruā*.

Mēnsurnus, à mense sicuti diurnus à die. Hygin.

Mēntula, & Mēntula, virga virilis.

Mēntigrā, & moibus dictus à mēnto, à quo incipit & faciem quidem, collum, pectus, manusque fredo quadam furfure occupat. {*λεγχων*. GALL. Male d'artre. ITAL. Infermità che viene al mento. GERM. Ein böse raud so an dem knye ansächt vnd weit vmb sich fristet. HISP. La bubs o empayne de la barba. ANGL. A tatter or ring worme. } Vide Plin. lib. 2. c. 1. & ea quæ annotavimus in dictione *Lichen*.

Mēnte captus, vide *Mēns*.

Mēnte, cōsā *Apriqon*, civitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptol. lib. 2. c. 6.

Mēnēsā *Apriqon*, oppidum Hispaniæ, in plaga Australi Celtiberiæ. Ptol. lib. 2. c. 6.

Mēnthā, x, {*հեծոսոս*. GALL. Herbe appellée menthe. ITAL. Menta herba GERM. Münz ein Kraut. HISP. La yerba buena. ANGL. Mint. } Heba vulgo nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta a Græca dictione *μίνθη*. Sic enim olim hec herba à Græcis vocabatur à nomine Minthes Cocytii filia, quam Proserpina, cum ilutone deprehensam in hac herbarum commutavit: quæ postea commutato nomine propter odoris suavitatem dicta est *հեծոսոս*. Plin. lib. 19. cap. 8. § Menthæ nomén suavitas odoris (hoc enim significat Hedyosinos) apud Græcos mutavit, quem alioquin Mintha vocaretur: unde veteres nostri nomen declinaverunt. Scribitur etiam *Menta* sine aspiratione.

Mēnthastrum, Sylvestre olus dictum, quod mentham imitetur quasi sylvestris mentha. {*հեծոսոս այցո՞ր*. GALL. Du pouliot, ou de la menthe sauvage. ITAL. Mente salvatica GERM. Wildemunz. HISP. Et maftranco. ANGL. Wild minte. } Plin. lib. 20. c. 4. Diosc. lib. 3. cap. 40.

Mēntigo, inis. Genus morbi, quod pecudes invadere solet. *λεγχων*. Colum. lib. 7. cap. 5. Est autem mentigo, quam Pastores Ostiginem vocant, mortifera lastentibus. Ea plerumque fit, si per imprudentiam pastoī emissi agni, vel etiam hœdi ioseidas herbas depaverint: quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis sacerdos atque labra foedis ulceribus obsidet.

Mēntilla, minima. Sup.

Mēntiō, iris, vide *Mēns*.

Mēntōas, *μέντας*, fluvius olim dicebatur, quem nunc (Eustachio in Dionysium teste) Iltum, sive Danubium appellamus. {*Die Thos* nam.

Mēntonalis, sepes, quæ ad mentum usque hominis staturæ mediocris pertinet in ll. vet.

Mēntor, cogito, à menisco in usitato, unde commentor.

Mēntor, ouis, *μέντης*. Mirus fuit in vasis cælandis artifex. Juven. Satyr. 8. Raræ sine Mēntore mensæ. Plin. lib. 33. cap. 11. L. verò Crassus orator duoscy hos habuit, Mēntoris artificis manu cælatos festeriis. Idem lib. 12. Mēntori quotidie testimonium peñibet Capitolinius Iupiter, & Diana Ephelia, quibus fuere consecrata ejus artis vasa.

Mēntōrēs, a.ūm. Proper. lib. 1.

*Lechia* Mēntore vina bibas opere.

Mēntō, *μέντης*. Stephano, populi fuerunt in Illyrico, quorum meminit Plin. lib. 3. c. 21.

Mēntum, cogitatum. Fest. Item notum. Lucr.

Mēntum, i. ab eminendo: à gula enim eminet. {*מְשֻׁבָּח*, *מְשֻׁבָּח*. GALL. Le mēntum. ITAL. Mēnto. GERM. Das Fing. HISP. La barba de hombre o minger. ANGL. The chinne. } Et quamvis Plin. 11. lib. cap. 37. dicat mentum nulli præter hominem esse. Plautus tamen in reenach,

porcis etiam mēnta tribuit. Glandonicam (inquit) suillam, lardum, pernam. Itidem autem sinciput, aut mēnta porcina, Item Virg. 3. Georg. de bove,

Et crurum tenus à mēnto palearia pendent.

Cic. i. Tusc. Mēnto summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Virg. 3. Georg.

Nec mēntas interea barbas, incanaque mēnta

Cyniphij tendunt hirci, et asque comantes

Vsum in casirorum & miseris velamina nautis.

Ecce autem sedificat, Columnam mēnto suffulcit suo, Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.

Mēntyra, *μεντύρα*, uībs Samnitum in Italia. Gentile mēntyraus

Menus, lege Mēnus.

Menus, vir inter Samnites natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua ne quid per otium perperam faceret, apes curabat.

Mēnythias, *μηνθίας*. Steph. Insula est Äthiopiz adiacens, juxta Pæstum promontorium; cujus meminit & Ptolem. lib. 4. cap. 9. Vulg. Madagascari ò Ista de S. Iorg.

Mēnūthiā, *μηνθία*. Vicus Ägypti non procul à Canopo; cujus incolæ. Mēnuthita, *μηνθίτη*, vocantur Steph.

Mēnytrum, *μηνύτης*, quod indici & exploratori datur à *μηνύμα* indicio.

Mēntana, October mensis Iovis. Isidor.

Mēo, as, q. magis eo, vel à *μηνόν*, μην quæro. Vado, ulro citroque eo.

{*לְלֹא* halach. *προσδίου*. GALL. aller à travers, passer, traverser. ITAL. Andare. GERM. Gehn. HISP. Andar, ir. ANGL. To go or flow. } Plin. lib. 9. cap. 17. de accipere. Unus omnium, squamis ad os versis, contra aquam nando meat. Idem lib. 6. cap. 14. Interuptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plausta. Animæ means, in membra diversa. Lucan. lib. 3. mobilitas meaodi per magnum inane. Lucret. lib. 2. ¶ Est item meaodi, fluere, manare. {*לְלֹא nazal נָזָל נָגָה*}. Vnde meatus quos Gæci *νέρεις* vocant. Plin. lib. 20. cap. 22. Succus maluæ decoctæ, potos, hoc est, meatus suaves facit. Hujus composta sunt, Conmeo, Iameo, Permeo, Remeo, & Transmeo, de quibus suis locis.

Mēatūs, Itio, incessans, cursus. {*לְלֹא hélech הַלְיכָה*}. in mea, in *πέρας*, in *βάσις*. GALL. Corris, passaggio. ITAL. Corso, passaggio. GERM. Ein gang oder bereggang. HISP. Corriña, passamento. ANGL. A going, or flowing. } Plin. lib. 10. cap. 38. Aves solitæ (inquit) vario meatu feruntur, & in terra, & in æte. Item lib. 2. cap. 8. Meatus sydeum, hoc est cursus & motus astrorum. Meatus etiam dicuntur *πόροι* in corpore Idem lib. 20. cap. 21. Succus maluæ decoctæ, potos, hoc est, meatus suaves facit.

Mēabilis, & hoc bile, adjectivum, quod meat. {*πότες*, ποτέτος. GALL. Qui passe facilement & va par tout. ITAL. Che passa facilmente per tutto. GERM. Gang oder bereggang. HISP. Corriña, passamento. ANGL. A going, or flowing. } Plin. lib. 10. cap. 38. Aves solitæ (inquit) vario meatu feruntur, & in terra, & in æte. Item lib. 2. cap. 8. Meatus sydeum, hoc est cursus & motus astrorum. Meatus etiam dicuntur *πόροι* in corpore Idem lib. 20. cap. 21. Succus maluæ decoctæ, potos, hoc est, meatus suaves facit.

Meaculum, via per quam meatur: ut, Meaculum venarum.

Meopte. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Hominum avaritia, non meopta ingenio.

Meopte ingenio id reperi. Idem Moſt. sc. 2. a. 1.

Mēōn, *μήον* Dioscoridi, Heba est folia habens aniso non dissimilia quam Plin. lib. 20. cap. 23. Mea appellat.

Mēphītīs, hujus mephitis. Terra putor, ex aquis maximè sulphuratis, atque corruptis proveniens. {*סְעוּדָן דְּמַפְתָּחָה*. GALL. Une puanteur de terre, & eaux ensouffrées. ITAL. Puzza di terra solforata. GERM. Ein starker gestank so von dem eiderlich oder geschröfelten rosteten herauf dempt. HISP. Hedor de la piedra tierra y agua. *κυστέ* ANGL. A stink of the earth. } Est in nemoribus gravior ex densitate sylvarum. Virg. lib. 7.

— nemorum qua maxima sacro

Fonte sonat, sevāmque exhalat opaca mephitim.

¶ Alij mephitiū Deum esse volunt, Leucotheæ connexum: sicut est Veneris, Adoni's Diana & Virbius. ¶ Alij Iunonem intelligunt, quam aërem esse constat. Omnis autem putor non nisi ex corruptione aëris nascitur, sicut bonus odor de aëre incorrupto: ut sit mephitis dea odoris gravissimi, id est, graveolentia. Hæc Servius in locum Vigr. jam citatum.

Mēphītīs, a.ūm, apud Sidonium Apollinarem pro scutento, *μενθίτης*.

Mepte. Plaut. Min. sc. 8. a. 5. Certissimum est meptæ potius ficti scribum, quam te emittam manu.

Mērā, *μέρη*, proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. 1. 8. Theb.

— *Ἄρεας* Veneris quos mera sacerdos.

Ediderat perhibente Dea.

¶ Mera item Præti & Antiaz filia fuit, quæ quum venationi dedita Dianam per aemora sequeretur, à love visa & dilecta est, qui sumpta Diana figura, cum ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati sceleris pudorem timens ne denuo deciperetur, vocanti se Diana obsequi noller, ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. Ovid. lib. 7. Metam.

Et quos Mera novo latratu terruit agros.

¶ Est etiam alterius canis nomen, de qua suprà in di Etione Erigones.

Mērā cus, a.ūm merus, solidus, pūrus, immixtus. {*יְמָנָק נָבָר*. *אֲמָגָה*. GALL. Pur ITAL. & HISP. Puro GERM. Lauter oder vnuemengt.

ANGL. Pure, cloare, not mixed. } Plin. lib. 15. c. 1. Meracis potionibus per viginti dies ante Canis orum, totidemque postea suadet Hesiodus ut. iVnde vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admistum. Et meracum vocabulum, (i. merum Latinum.) Gcl. cap. 18. lib. 1. Horat. 2. Epist. 2.

Expulit helleboro bilem, morbumque meraco.

Propertius.

Ah pereat quicunque meracas repperit uinas,

Corripitque becas neclare primus aquas.

Calepinus putavit hujus dictionis penultimam syllabam in corripi, adducens hunc versiculum in Priapeis, Constitui meracas, edidique notas. Sed quoniam hic versiculus mea de suspicione non caret tanti apud nos esse non debet, ut receptissimum poëtarum testimoniis,

niis quæ iam adduximus, debeat præferti.  
Mē. aculus, diminutiuum, ἀνεγρόνεος, παντού παντού. Plin.lib.20.c.19.  
Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus re-  
sistit.

Mērācōr, comparatiuum, & Meracissimus superlatiuum. Itaque Mer-  
cius bibere dicuntur ij. qui minus aquæ vino miscent, ἀπότοξος, ἀ-  
εριστος, ζωτηρος. X. Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celsus præ-  
cipit hyemo meracius bibendum esse, & estate dilutius. Cic. 3. de nat.  
deor. Ut si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisse vinum sumere,  
meracius sumpturum, statimque periturum, magna sit in culpa.

Merarcha, μεράρχης, qui iusta parti præst, μέρης ἀρχης.

Merarchia, μεράρχης, agmen constans è viris bis mille quadraginta octo.  
Meraria, γλωσση. Gloss. vasculum quo meruin gustabant in caupone.  
Gloss. Isid. Meraria popina.

Mercada, mercatus, vox barbara in ll. à Germanica markt. Aliter mercat-  
um, neutro genere. Guil. Episc. Parisiensis in addit. Prohibetur sacer-  
dotibus, ne mercata frequentent. Latinè dicimus Mercatus, us.

Mērcālīs, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium Mer-  
catus, adject. vide Mercor.

Mērcēs, edis. A merendo ære, inquit Varro lib.4.de L.L. Præmium, sti-  
pendium. { σάχαρος. μάδας. GALL. Loyer, salaire. ITAL. Mercede, sa-  
lario. GERM. Ein belohnung Sidlohn. HISP. Tornal, y salario de cada un-  
dia. ANGL. A reward or hyre. } Iuven. Satyr. 7.

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.

Merces mihi gloria det. (suprà. f. cti præmia) Ovid. 3. Fast. Cupio  
mercedem dare (ei) qui nullum commonestret mihi. Plaut. Curc. sc. 4. a.  
4. Mercedem ubi etis nactus. Idem Asin. sc. 2. a. 1. Dromo mercedem  
retulit. (sup. opere locata.) Ibid. sc. 4. a. 2. Ia medico mercede est opus.  
Idē Aul. sc. 2. a. 3. Pro vapulando mercedem petam. Ibid. sc. 3. a. 3. Me-  
titam mercedem dabo (sceleris.) Idem Capt. sc. vlt. a. 5. Qui mercedis  
domino demeret Petasus, (i.) quanti conductus est. Idem Pseud. sc. 7. a.  
4. Cic. pro Sext. Rose. Interim mihi vide. is Eruci una mercede duas res  
ass: qui velle: nos iudicio perfundere: accusare autem eos ipsos, à qui-  
bus mercedem accepisti. Merces quisque mortis suæ. (In proscriptio-  
ne.) Velleius, sui quisque periculi merces foret, Petronius (Roma)  
Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda. ¶ Quandoque ponitur pro  
reditu annuo qui ex agris percipitur. Nam penitus est ieditus qui per-  
cipitur ex locatione prædiorum u. banorum. Cic. 2. de finib. Vides igitur  
si amic. t am sui chaitate metiari, nihil esse præstantius: sine emolu-  
mento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede su-  
perari. Suet. in Ces. cap. 20. Publicanos remissionem perentes, tertia  
mercedem parte relevavit. (i. eius pecuniae, quam ex locato debebant.)  
¶ Quandoque p. o. pretio & damno. Cic. ad Lent. Tamen in molestia  
gaudeo te eam fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede,  
quam ego maximo dolore cognoram.

Mērcēdūla, æ, diminutiuum. { τὸ μισθόν. GAL. Petit salaire. ITAL. Pic-  
ciolo salario. GERM. Ein lohnlin/ein kleine besodung. HISP. Pequeno jor-  
nal. ANGL. A little reward. } Cic. 1. de Orat. Itaque ut apud Græcos  
infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis  
oratoribus. Mercedulas exigere à discipulis. Quintil.

Mercedarius, qui dat mercede pro labore sibi impenso. Gl. Isid. Vet. Voc.  
Mercedarius servus, vel alius, qui distribuit pecuniam sub domino suo.  
Mercedinus mercenarius, quod mercede se tueatur. Fest.

Mercedonius, qui dat mercedem. Festus. Mercedonius dixerunt à mercede  
soluenda, Intellig. t Festus, dies. Ita enim omnes dies intercalaris mé-  
sis vocabantur. Nam mésis intercalaris Mencidonius vocabatur, ut ait  
Plutarchus in Numa, vel Mercedonus, ut ait idem in Cæsare.

Mercedinias dixerunt à mercede soluenda. Fest. Ibi Scaliger. Mercedinias  
subintellig. dies.

Mērcēnālūs, tij qui mercedis gratia operam suam alicui præstat, opera-  
rius. { σάχαρος. μάδας. πιλότος. περιπολος. GAL. Mercenai-  
re, qui fait quelque chose pour avoir salaire. ITAL. Chi lauora à salario.  
GERM. Ein aglomer. HISP. El peon jornalero de un dia. ANGL. That his  
hiree for a reward, a hireling. } Columell. Sive mediærum facultatum  
dominus ex mercenariis aliquem iecusantem iam quotidianum illud  
tributum, qui vestigalis esse non possit, ignarum rei, cui præfutu-  
rus est, magis un fieri iubet. Cicer. 1. Offic. Illiberales & sordidi qua-  
stus mercenariorum omnium: quo:um operæ, non quo:um artes  
emuntur.

Mercenarius, a, um, qui mercede conductus est emptus, redemptus, ve-  
nalis. { σάχαρος. μάδας. πιλότος. περιπολος. GALL. Appartenant  
à loyer & à salaire. ITAL. Cosa perteneciente à jornal de cada un  
dia. ANGL. Hired for a reward. } ut mercenarij testes apud Ciceronem  
in Epist. & mercenarium prætoris decretum, apud eundem in Verrem.  
Mercenarius, & Gratuitus sunt contraria. Cicer. 1. de leg. Quid li-  
beralitas? gratuitâ est, an mercenaria? Si sine præmio benigna est  
& gratu:ta: si cum mercede, conducta. Vos mercenaria, & opera fo-  
rensis. Quintil.

Mercimonium, vide Merx.

Mērcōr, aris, deponens est. Emo, mihi comparo, pretio concilio. { τὸ  
σάχαρον καναβ. ἀνεκτανάσσους, παντούματ. GAL. Marchan-  
der, acherer. ITAL. Mercare. GERM. Merben, gero erbschafft oder kauf-  
manschaft treiben. Item kauffen. HISP. Mercar, d comprar. ANGL. To use  
merchandise, to buy. } Quandoque accusativo solo contentum est.  
Teient. Heaut. Inde adeo, quod agrum in proximo hinc mercatus es.  
¶ Quandoque cum ablativo pretium denotante jungitur, sicut Emo.  
Gellius libr. 1. c. 19. Libros treis reliquos mercatur, nihil minori  
pretio. ¶ Quandoque ablativo mediante aliqua harum præpositio-  
num A, Ab, De, sine pretio expresso. Cic. lib. 1. Offic. Sordidi etiam  
putandi, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Plaut.  
in Epid. Mercatus te hodie est de lenone Apæcides? Qui scias mer-  
cai furtivas. Plaut. Curc. sc. 2. a. 5. Qui hinc à nobis est mercatus  
mulierem Idem Pseud. sc. 2. a. 2. ¶ Quandoque dativo. Terent. in  
Eunuch. Quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi.  
Mercari ad certam summam. Cic. ad Gallum lib. 7. essent mi Galle,  
omnia facilia, si & ea mercatus essemus quæ ego desiderabam & ad

Galepin. Pars II.

eam summani quam volueram. ¶ Mercari Græca fide, est ubi non ver-  
bis neque stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob levi-  
tatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniæ  
numerasset. I. laut. in Asin. Cætera quæ volumus uti, Græca mer-  
camur fide. ¶ Mercari præsenti pecunia. Idem in Capt. Quos tam  
grandi sunt mercatus præsenti pecunia. ¶ Composita sunt & Com-  
mercior. Ibid. Pater ergo captivos commercatur alios. ¶ Præmercor,  
ante alios mercor, ut icilicet caris vendam.

Mērcālīs, a, um, particip. { ἀνακόπα. GAL. Qui achete, on qui est acha-  
té:nam modò activè modò passivè ponit. ITAL. Mercante. GERM.  
Stauff. HISP. Merendor d comprador. ANGL. Vsin or making mar-  
chandise that bicht. } Activè apud Teient. Agrum in proximo mer-  
catus es, id est emisti. ¶ Passivè. { נסחָר נסחָר nikneh.  
יְנַהֲדָה. GAL. Achete. ITAL. Compratore. GERM. Das getauft ist.  
HISP. Comprado. } Plin. lib. 37. c. 2. HSCLM. trullam unam non ante  
multos annos mercatam à matr. et familiis, nec divise.

Mērcālīs, us, Mercatura, mercatio. { סִמְכָה miknah. ipsoēdpa. GALL.  
Marchandise, achet, traffic. ITAL. Mercato. GERM. Ein kaufmanschafte  
oder kauffung. HISP. Mercaderia, obra de mercar. ANGL. Marchandise,  
or buying. } Plaut. in Most. Eedes filius tuus emis t. e. a. t. r. t. e. d. e. s.  
te. Euge Philolaches patrissat, & iam homo in mercatum avertitur.  
¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi,  
vendendique gratia convenienter, quem etiam appellamus Emporium  
vel Forum. { μαρκησι. GAL. Marché. ITAL. Mercato. GERM. Ein  
markt ein ort an welchem man markt oder mäss halt. HISP. Mercado, lu-  
gar de mercar d comprar. } Liu. lib. 1. ab Vrb. Tulus ad Feronia fa-  
num mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos quere-  
batur. Cic. lib. 1. Offic. Quod cum tanquam ad mercatum bonarum  
artium, profectus sis, inane redire tu: piffimum est. Abi cum pa-  
tre Tatentum ad mercatum. Plaut. Menach. sc. vlt. a. 5. mercatus &  
ludi funebres ( Olympioium ) Velleius Terent. in Adelph. emptæ  
mulieres Complures, & item hinc alia quæ posito in Cyprum, Ni-  
si ed ad mercatum venio, damnum maximum est. Quem in locum  
Donatus annotavit, Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore,  
quo negotiatores ad emendum & vendendum convenient: hoc est:  
pro ipsis nundinis. Sic Plautus. Asin. sc. 4. a. 2. Asinos vendidit mer-  
catori Pellao mercatu. (i. in ipsis nundinis. ) GAL. A la foire.

Mērcātō, onis, verbale, Emptio. { סִמְכָה miknah. ipsoēdpa. GALL.  
Achet, marchandise. ITAL. Il mercare. GERM. Kauffmanschafte oder kauffa.  
HISP. Obra de mercar. ANGL. Marchandise, buying. } Gell. lib. 3. c. 3.  
Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mērcātōr, oris, qui in exportandis, aut importandis mercibus operam  
suam collocat. { סִמְכָה socher. παλιγκάντος. ipsoēdpa. GAL. Marchand,  
ITAL. Mercante. GERM. Ein kauffman framer. HISP. Mercader d com-  
prador. ANGL. A Buyer. } Horat. 1. Epist.

Impiger extreemos currit mercator ad Indos.

Cic. in Orat. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africatos &  
Lælios multi vñalitij, mercatoresque superarunt. Iuvenal. Satyr. 14.  
Sacci mercator olenis. Horat. de arte.

Mercatorue vagus, cultore viventis agelli.

Cepi tabellas, consignavi, dedi mercatori, qui ad herum deferat.  
Plaut. Merc. sc. 1. a. 2. Periphanes Rhodo mercator dites. Idem Asin.  
sc. 4. a. 1.

Mērcātūrā, æ, negotiatio, seu actus mercandi. { סִמְכָה sachar. ipsoēdpa.  
GAL. Marchandise. ITAL. Mercantia. GERM. Seiverbschafft kauffmans-  
schaft handtierung/ kauffen vñnd verkauffen. HISP. Mercaduria. ANGL.  
The thrade of merchantes in buying. } Mercaturæ olim honos habitus.  
Plutare, in Solon. Cic. lib. 1. Offic. mercatura autem, si tenuis est, sordida  
putanda est: sin magna & copiosa, multa undique apportans, multis  
sine vanitate impeditiss, non est admodum vituperanda. Dicimus au-  
tem, Facere mercaturam, pro exercere. Idem 7. Verr. Alios qui à præ-  
donibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem de lege A-  
grar. Hanc vero emendi & vendendi quæstuosissimam ac turpissi-  
mam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop:  
Rom. semper putavi.

Mērcālis, le, Vendibilis. { ψόν. GAL. Vendible. ITAL. Vendibile, mer-  
cantesco. GERM. Verkeffig oder feil. HISP. Cosa que se puede vender. ANGL.  
salable. } Columella lib. 7. c. 6. Ex his singula capita quæ videntur  
esse robustiora, in supplementum gregis reservantur, cetera merca-  
libus traduntur: id est, vendilibus. Quædam tamen exemplaria  
hic legunt Mercantibus, non mercalibus. ¶ Hinc componitur pro-  
mercalis, de quo infrâ.

Mercocdinum mensis intercalaris. Plaut. in Num. Mercedonius dicitur ab  
eodem, in Cesare.

Mērcēdūla, Mercenarius: vide Merces.

Mērcūalis, herba est insigniter alvum cens. { λυθρός. GAL. Herbe  
appellée mercuriale ou foirole. ITAL. Mercerella. GERM. Dingelkraut/  
türkunz oder Mercurialis frax. HISP. Mercuriales, origina muerta. } Huius  
duo genera, masculus & feminina. Plin. lib. 23. c. 5. Linozostis, leu par-  
thenion, Mercurij est inventum; idco apud Græcos Hermupoan multi  
vocant eam; apud nos omnes Mercuriale.

Mērcvriūs, Iovis & Maia filius, ita dictus à mercibus, eo quod nego-  
tiatores præsidere existimet. A Græcis egys dicitur δαίτης εγγύη-  
σσος, hoc est, ab interpretando. Variis à Poëtis appellatur nominis  
bus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nonius,  
modò Cyllenus. ¶ Præter hunc tres alii fuissent. Mercurij dicuntur:  
unus Cæli & Dæci filius; alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iovis &  
Cyllenes, quem fama est, ob Argi cædem profugum, litteras Ægypti-  
ci ostendisse: verum omnes ad Maia filium referuntur. Ideo alias  
in capite, & in pedibus ponunt, volentes signare velocem fert pœ-  
nia sermonem. Ideo autem deorum nuntium dictum putant, quoniam  
per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est Deus,  
facundus, quod hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitu-  
tus est etiam deus mercatorum, palæstræ, surum, καρπούς, καρδαν. Ly-  
ram invenit: Hermaphroditum ex foro Venere genuit: Mariam &  
druis careeribus liberavit; Argum interemit; Prometheus in Cau-  
caso religavit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Ægyptiorum sa-

D

cerdos,

sacerdos superioris (ut putatur) nepos, qui à Græcis *ερμῆς τερπεύοντος*,  
hoc est Mercurius ter maximus dictus est, quod sumanus esset sacer-  
dos & sapientissimus philosophus, & Rex potentissimus. ¶ Est etiam  
Mercurius unus ex septem planetis, cuius corpus cunctorum siderum  
minimum, scilicet semper subest radiis solariibus, à quibus, non recedit  
longius, quam viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis *ερμῆς* dicitur,  
quod est radians. Vnde etiam solatus & perustus singitur, quod  
Soli vicinior sit, quam reliqua stellæ Cic. lib. 3. de nat. deor. quinque  
Mercurios commemorat; Mercurius (inquit) Vnus Cælo patre, Die  
matre natus, cuius obscurus excitata natura traditur, quod aspectu  
Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui  
sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Iove tertio natus ex  
Maia, ex quo & Penelope Pana natum ferunt: Quartus Nilo patre,  
quem Ægyptij nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Phe-  
neate, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypti  
pro præfuisse, atque Ægyptiis leges & litteras tradidisse. Hactenus  
Cic. Virg. 4. Æneid.

Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat, &c.

Mercurius, argentum vivum: metaphorice; quia mobile est, ut Deum  
Mercurium fingunt velocem.

Mercurius, Ερμῆς τερπεύοντος, Gloss. i.e. vulnus animalis.

Mercurius communis, ερμῆς νοσος, quia liberalis est, quod est apud  
Martiale lib. 2.

Quod nulli calicem tuum propines,

Humanæ facis, Herma, non superbè.

Mercurius terrestris (ιερμῆς χρόνος) à Gentilibus habitus est animarum  
deductor, Ideo cum τερπεύοντος vocant.

Mercurius, lapidum congeries in cacumine collum. Hesychius ερμῆς,  
λόπος, cumulus Mercurialis. ne aliter Proverb. cap. 26. Sicut qui mit-  
tit lapidem in acervum Mercurij ita qui tribuit insipienti honorem. Tri-  
tum hoc est.

Mercetū, Iolās, diminutivum è Mercurius apud Apuleium in Apologia,  
Ita minutatum ex tabulis compacta crassitudine Mercuriolum expe-  
diri potuisse.

Mercurialis, è ad Mercurium pertinens Mercurius statua Hermæ effigies.  
Me. cù λαῖς, videntur fuisse fodales ex collegio aliquo in honore Mer-  
cū: i: instituto Cic. ad Quint. fratr. lib. 1. M. Furium Flaccum, equitem  
Romanum, hominem nequam, Capitolini & Mercuriales de collegio  
ejecterunt. Hoc collegium ex mercatoribus fuisse docet Liv. lib. 8.  
Certamen Consulibus incidentat, uter dedicaret Mercurij ædem: Sena-  
tus à se rem ad populum rejecit, utri eorum dedicatio jussu populi da-  
ta esset, eam p̄fesse annonæ: Mercatorum collegium instituere, so-  
lemnia pro Pontifice jussit suscipere.

MERDA, τὰ μέρδα, σμέρδα, & hoc à μερίζω. Cibi excrementum. { ΙΑΙΩΝ  
τσάχ ΤΗΣ τσάχ ΤΡΟΦΗΣ ασχόρθ. σκην. μ. Μ. GALL. Merde, estronc.  
ITAL. Merda. GERM. Dreck. HISP. Estiercol, mierda. ANGL. Dung. }  
Horatius lib. 1. Serm.

Mentior at siquid, merdis caput inquierit albis  
Corvorum, atque in me venias mihi atque cacatum  
Julius.

Mērdo, as, κερδω, à quo permerdo, de quo suo loco, id est fædo & cōspurco.  
Me è adverbium. Vide Merus.

MĒRĒNDĀ, ε, Cibus, aucto: Nonio, qui datur post meridiem. { τὸ πε-  
δίνων, τὸ μετ' ἡμέραν φαγεῖν. GALL. Le gouter. ITAL. Merenda. GERM.  
Das abentessen oder abenbrot. HISP. La merienda del medio dia. ANGL.  
A boier, a noone meat, meat of ter noone. } Vnde & Merendo, as, Cal-  
phurniu; in Buc. Scr̄que videbitur hora Merendæ. Plaut. in Most. Vi-  
des, ne forte ad merendam quopiam divorteris, atque ibi melius  
quam satis fuerit, biberis. Festus, Merendam antiqui dicebant, pro  
prandio quod scilicet medio die caperetur.

Mē: endā, Iūs alumnus, quod merenda nostra fruatur. Seneca controvers.  
lib. 10. in 4. Bussus, Ostende nobis merendarios tuos; Labienus com-  
modius, Ostende nobis alumnos tuos.

Merendiam, δεῖν Gloss. Δεῖν est pomeridianum tempus.

MĒRĒO, es, & Meteor, eris, depoens, indifferenter effterunt præteritum  
merui, vel meritus sum: & propriè significat aliquid facio quam obrem  
aut præmium accipere dignus sum, vel penam pati. { μεριδοθέμα,  
φίρουμ, ινγενομα, ἀξιος αιων. GALL. Meriter, desservir. ITAL. Meri-  
tare, GERM. Verdienst / verschulden. HISP. Merecer. ANGL. To merite,  
to deserve. } Et in hac significatione frequentius utimur verbo Me-  
teor, præterquam in præterito, quo indifferenter utimur. Et tam in  
bonam partem accipitur, quam in malam. Plaut. in Mostell. Quid merear,  
quamobrem mentias? Quintil. lib. 4. cap. 1. Nam ut optabile est plus  
favoris meriti: sic proximum, odij minus.

Si mereor, studiis adgit amica meis,

Ovid. 3. Fast. Mereri comitia & facere. Quintil. Cic. 1. de nat. deor.  
Quid enim meritas, ut Epicureus esse de suis? Terent. in Andr. Vnum  
hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui. Plaut. in Trinummo.  
Non video meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. Meruit nomen  
clarum Quintil. Qui scis an istuc (malum) tibi eveniat? Numquam  
merui: Tu meruisti: & nunc meres Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1. Neque re, ne-  
que verbis de te merui: ut faceres quod facis, (i. ut me irrideres.) Idem  
Aul. sc. 4. a. 1. Accipiam hominem, quibus dictis meret. Idem Men. sc. 1.  
a. 5. Te, ut digna es, perdam, atque ut de me meres. Idem Afin. sc. 2. a. 1.  
Nam illa tuo facit Iussu, nihil quicquam meret, (sup. mali.) Ibidem.  
Quanti conducta chlamys? quid meret machæra? quid mercedis, quid  
meret? quantillo argento se conduxit? Idem sc. 7. a. 4. Meruisse me fa-  
tor maximum malum: Idem Merc. sc. 6. a. 2. Ut ut erga me merita est  
Idem Amph. sc. 1. a. 5. Quid de te merui quia me causa perderes? Idem  
Men. sc. 2. a. 3. Ter meruisti culpam. Ibidem sc. 1. a. 5. Bene merenti ma-  
le refertur gratia. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Benè merenti, benè profuerit,  
male merenti, par erit. Idem Capt. sc. 2. a. 2. numquam possum referre  
gratiam ut meritus est de me, Idem Most. sc. 3. a. 1. Magis amabunt cum  
videbunt bene merenti (me) gratiam referre. Ibid. sc. a. 1. Ad carnificen-  
dabo. Meritus est: Idem Capt. sc. uit. a. 5. ¶ Mereri de aliquo benè ma-  
le, præclarè, iustè, illius contrarium, κακὸς πονῶ, id est quod  
conferte aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc feci cum altero ho-

rum adverbiorum Benè, vel Malè, ut Benè mereri de aliquo, obligatū  
est aliquid beneficij in aliquem confere. Virg. 4. Æneid.

Si bene quid de te merui.

Malè mereri de aliquo, κακὸς πονῶ idem est quod offendere. Plaut. in  
Curc. sc. 3. a. 1. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inicitia est.  
¶ Interdum sine his adverbii, Mereri de aliquo, quod modò in bo-  
nam, modò in malam partem pro rerum ratione dicitur. Cic. 6. Verr.  
Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus, ut non uni familie,  
sed universitate civitati commendatus esse debeat, hoc est, tam multa be-  
neficia in populum Romanum contulit. ¶ Merito etiam significat  
stipendia facio in militia, παροφερεια hoc est, stipendijs gratia milito:  
& tunc dativum, aut ablativum requirit, vel absolute ponitur. Lucas.  
lib. 10. Ære. merent parvo Stat. ib. 1. 4. Theb.

— non hi tibi solum Amphiaræ merent.

Luct. lib. 6.

Scava viro nomen, castrorum in plebe merebat.

Ovid. 3. Fast.

— totidem Pilanus habebat

Corpora, legitimo quique merebat equo.

Dicimus etiam merere pedibus Liv. 4. bell. Punic. Ut iij omnes quos  
Censores notassent pedibus mererent. ¶ Aliquando etiam accusativo  
jungitur, ut apud Suetonium, Prima stipendia meruit. Et in hac signi-  
ficatione vix utimur verbo deponente Merer. Non autem dicimus  
Mereri pedibus vel Mereri stipendia: sed Merere pedibus Merere equo,  
ut merere stipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia per-  
functi sunt, quique legitimū militiæ ten. pus expleverunt. Plin. lib.  
11. Novillini, que fessi, & jam eae itis inchoatz. Nonnumquam  
etiam passivè sumuntur, ut apud Quintilianum, Emeritis huic bello sti-  
pendis. Et per translationem Emeriti boves dicuntur, quibus senio  
debilitatis vacatio ab opere datur. Emeriti vero senes, solent habere  
eos, qui pro se laborent qui dicuntur pro alio opus agere. ¶ Item Mer-  
eo simpliciter ponitur pro militare, & in militia esse. Cic. 7. Verr. Cla-  
mabat ille miser, se civem Romanum, municipem Cossatum meruisse  
cum 1. Pretio splendissimo equite Romano, qui Panormi negotiaret-  
tur. Liv. lib. 1. dec. 3. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio  
sub Asdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro tur-  
pem quæstum facio, εργάζομαι, i. a. a. Inde Meretrices dicuntur, quæ  
corpo quæstum faciunt: & Meritorij pueri, qui quæstus gratia pro-  
stituuntur. Vnde Gell. cap. 18. lib. 2. à domino Lenone ad merendum  
puer coactus. Item Scorta meritoria. Sueton. in Claudio, cap. 15. & Meri-  
toria taberna, diversorum mercenariorum quod quæstus gratia ho-  
spites accipiuntur. ¶ Composita sunt, Commerceor, Meror, Em-  
eror, prometeor: tive Commerceo, De merito, Emereo, Promereo; de  
quibus suis locis.

Meritus, a, um nomen ex participio, Debitus, conveniens. { ΙΑΙΩΝ  
αξιος. CAL. Merite, desservi. ITAL. Meritato, conveniente. GERM. Billigh-  
geurlich. Item. Verdienst verschuldet. HISP. Merecido, convenientes. ANGL.  
Deserved, due. Virg. 1. Æneid.

— meritos aris imponet honores.

Idem 1. Æneid.

Et pater Anchises passis de littore palmis  
Numina, magna vocat, meritosque incepit honores.

Ovid. in Ibin.

Hic igitur meritas grates, ubicumque licebit,  
Pro tam mansueto peccore semper agam.

¶ Meritus vero cum est participium, significat cum qui aliquid me-  
rituit. Plin. lib. 7. cap. 30. de Ciccone, Primus in toga triumphum lin-  
guæque lauream merite. Vide exempla suprà. ¶ Passivè etiam inter-  
dum accipitur. Idem lib. 7. cap. 18. quæ Cannis corona merita, Virg.  
Æneid. 8.

— meritâ accedit, Mezentius ira.

X. Immeritus. αιώνιος. Idem 3. Æneid.

Postquam res Asia, Priamique evertere gentem

Immeritam visum superis.

A quibus Meritissimus; & Immeritissimus. Terent. in Phorm. Iam du-  
dum te omnes nos accusare audio imerito, & me omnium horum  
immeritissimum. ¶ Meritum meum est: hoc est, meritus sum. Téent.  
in Heaut. Hui, tam graves hos quæso? M. sic meritum est meum.  
Idem in Phorm. Faciamque, & dicam. B. Benignè dicis, M. Pol meritum  
est tuum, id est, meritus es. ¶ Sic merito meo. Plaut. in Afin.  
— nemo enim me accusavit merito meo. hoc est, propter peccatum  
à me admissum Ibidem. Decet verecundum esse adolescentem Argyrip-  
pe. AR. ædepol pater. Merito tuo facere possum, id est, meritus es tuis  
in me beneficiis, ut illud præstem. ¶ Pro merito, hoc est, ita ut meritus  
est quispian. Téent. in Phorm. Non potest satis pro merito ab illo ti-  
bi referri gratia. ¶ Merita militiæ, commoda præmetur emeritis de-  
bita. Lex. I C.

Meritissimus, superlat. Plin. Epist. lib. 5. Pont. Quod mihi cognitum est  
non fama, qua alioquin optima & meritissima fruatur.

Meritum, i., dicitur quum vel male vel bene de aliquo meremur. Est  
enim vocabulum medium, quod tam in meliore, quam in deterio-  
rem partem accipi potest. Quando in bonam partem accipitur, idem  
ferè est quod beneficiū. { ΤΟΝ θέσεις. οντοτοις, ηγετοις. GAL.  
Merito. ITAL. Merito. GERM. Ein verdienst oder gutthat/wohlthat. HISP.  
Merimiento. ANGL. Desert, voor thiness. } Plancus Ciceroni, Quid  
enim pro maximis tuis, ac penè immortibus in me meritis, P. et Starc  
amplius possim? Virg. 9. Æneid.

— Meriti ranti non immemor umquam.

Ovid. Epist. 12.

Est aliqua ingrato meritum exprobare voluptas.

Idem 8. Metam.

Nil agis, ab frustra meritorum oblite meror, &

Denique cum meritis impleveris omnia Casar.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ipse quoque (liber pater) aetherius meritus invenitus in arcis.

— Meritis expedite causam.

idem

Idem 13. Metam. Idem Merita formæ, idem in Epist. Sapphus.

Et forma meritis tu mihi Phœbus eris.

Quum in peiorum, idem quod peccatum, culpa, æxia. Ovid. Epist. 5.

Lensiter ex merito quicquid patiare ferendum est.

Item Vatinius ad Ciceronem Scis meam fortunam: nescio quomodo facile obrectatores invenire, non meo meherculè merito. Plaut. Asin. sc. 2. a. 1. Quod tibi male facere potero faciam; meritóque id faciam tuo. Ibid. sc. 2. a. 3. & sc. 1. a. 5. Et Ovid. Eleg. 9. lib. 5. Trist. 5 Dicitur etiam Meritum, pro mercede, ut annotavit Budæus ex illo Terentij in Phorm. Egone illam cum illo ut paciar nuptam unum diem? Nihil suave meritum est, id est: nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram.

Meritissimum, substantium, hoc est, maximum meritum. Plaut. in Asin. — iube advenire, quæ so, meritisimo eius, quæ volet faciemus.

Mérítō, adverbium. Non injuria, dignè, iure. {uxorius, ætios. GALL. A bon droit & à bonne cause, en l'ayant merité. ITAL. Degnamente, merita amete. GERM. Billlich, auf verdienst. HISP. Dignamente, merecidamente. ANGL. With good cause, worthily. } Terent. in Adelph. Benè facis, meritò te amo. Cic. 5. Verr. Quanquam meritò sum iratus Metello, tamen hæc quæ vera sunt, dicam. Ago gratias meritò magnas, Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Meritóque vobis bona se facere quæ facit. Idē prolog. Amph. Ego te amo, tu me amas, meritò uterque fieri existimat. Idem sc. 3. a. 1. Ut te accusem meritò meditabat. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Perfidae laudes gratiasque habemus meritò magnas. Idem Asin. sc. 2. a. 3. Meritò ea tibi evenerant à me. Idem Capt. sc. 3. a. 2. Superlatium habet Meritissimò, itidem adverbium, citra tamen comparatiuum. Cic. de Orat. lib. 1. Primum Sc̄evolæ te dediti, quem omnes amare meritissimò pro eius eximia suavitate debemus. P. Gallio, Cui ego meritissimò omnia volo & debo, hæres esto. Quintil.

Mérítō, as, frequentatiuum à Merito. {μιθόφορον. GALL. Meritor, desservir, gaigner. ITAL. Guadagnare. GERM. Gewinnen. HISP. Mercery ganar. ANGL. To deserve. } Plin. lib. 7. c. 32. Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio &c. quinquaginta annua meritasse prodatur. Haud in male meritantem male dicax, es. Plaut. Curc. sc. 2. a. 4. sic legit Passer. pro meditantem, & Cato apud festum, omnes cohortes stipendia meritavent.

Mérítōlus, a, um, quod quæstus gratia locatur. {רִיחַנְתָּה sachir, μιδια. GALL. Meritoire, mercenaire, de loînage. ITAL. Che si da per guadagno, che si da à nolo. GERM. Das man vmb geht oder gerüns wollen aussteicht. HISP. Cosa alquilada por precio. ANGL. That is set for gain. } Hinc equi meritotij & meritorij rhedæ. ζιν πιδια. Meritoria vehicula. Tranq. in Ca. ig. cap. 39. Quicquid instrumenti veteris aulae erat, ab urbe repetit, comprehensus ad deportandum meritotoris vehiculis. ¶ Meritorium quoque coenaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatio diversorio: ita de Vitellio scribens, Satis constat exituro viaticum defuisse: tanta egestate te familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio coenaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritotij, dicuntur scorta mascula, quæ ad turpe quæstum prostituantur: quemadmodum mulieres, quæ corpus suum viorum libidini prostituantur, Meretrices appellantur: utrique à merendo dicti quod, corpore suo mercant hoc est, turpem quæstum faciant. Cic. in Anto. Ingenui pueri cum meritotoris, scorta cum matribus familias versabantur. Scorta meritoria. Suet. in Calig. cap. 15. Meritoria artificia, (i. artes mercenariae) Senec. Epist. 8. 9. Meritoria sunt loca quæ mercede locantur à merendo dicta Vlpian. lib. 1. 3. D. de usu fruct. Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgo Diuersoria, vel Fullonica appellant. Hinc Taberna meritoria, diversoriū atque hospitium mercenarium, quo cuique introire licet danti mercedem. ¶ Ratio verò meritotia, quasi vilis & male coempta. ¶ Aliquando Meritorium absolute dicitur pro taberna mercede conducta Iuvenal. Satyr. 3.

nam quæ meritoria somnum

Admittunt.

Meretricum cellæ, interpres Juvenal.

MERETRICES, cis, Impura mulier, quæ corpore turpiter meretur. Quia est ex supino meritum, analogia posceret, mererix, sed illud obtinuit, {שׁוֹנָא zonah. ērōgo, πορνή, GALL. Paillarde, putain. ITAL. Meretrice. GERM. Ein harz oder Dirin, ein gemeine mad. HISP. Puta. ANGL. An harlot, or hoore, à trumpet. } Hæc etiam Prostibula dicitur, sive à prostando, sive (ut alij putant) quod pro stabulis, hoc est, ante diversoria soleat habitare. Vnde & Plautus in Cistell. & Men. sc. 7. a. 5. Intro ad bonam meretricem: in via sola prostibula sanè est. Idem Truc. Meretricem ego itidei esse reor, Mare ut est, quod des devorat, nunquam abundat. Idem in Capt. Hic neque periurus leno est, nec meretrice mala. Ovid. 1. Amor. Eleg. 1. 5.

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena

Vuet, dum meretrice blanda, Menandrus erit.

Horat. 1. Serm. Satyr. 4.

— à turpi meretricis amore Quum deterreret.

